
ENARRATIONES VOCVM PRISCARVM IN LIBRIS DE RE RVSTICA, PER GEORGIVM ALEXANDRINVM.

Philippi Beroaldi in libros XIII *Columellæ Annotationes.*

Aldus de Dierum generibus, ſimúlque de umbris, & horis, quæ apud Palladium.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA



PARISIIS.
Ex officina [redacted] *typographi Regij.*
M. D. XLIII.

COLVMELLAE VITA, EX IPSO OPERE COLLECTA.

Gaditanus fuit, id quod conijcere licet ex libri quinti capite quinto, cum ait, M. quidem Columella patruus &c. Item libro ſeptimo capite ſecundo, ubi ait, Nam cum in municipium Gaditanum &c. Item libro octauo, cap. decimoſexto: ubi eſt, Vt Atlantico Faber, qui generoſiſſimis piſcibus adnumeratur in noſtro Gadiũ municipio &c. Item libro decimo, de lactuca hoc uerſu, Et mea quam generãt Tarteſi littore Gades. Vixit Claudij Imperatoris temporibus, id quod conijciatur ex libro tertio cap. I I, ubi Senecæ, eiuſque uinearum, & Nomentanæ meminit regionis. Cornelij Celſi coætaneus, cuius non ſine honoris præfatione, animíque candore ſæpius mentionem facit. Scripſit duodecim de Re ruſtica libros (de eo autem qui eſt de arboribus ambigitur) non minus doctè, quàm diligenter. Librum item Luſtrationum ſacrificiorúmque priſcorum pro frugibus: cuius meminit libro tertio cap. X X I I. Libros quoque aduerſus Aſtrologos & Chaldæos: quos ſe profitetur compoſuiſſe, libro undecimo capite primo. Hactenus quod aſtruere poſſumus.

ENARRATIONES GEORGII *Alexandrini priſcarum uocum in his de Re ruſtica libris ordine literario.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A

A Bacus, menſa ſtructoria, & coquinaria. cap.10.Cato.

Ablaqueare à lacu deriuatur, & eſt quádo terra refoſſa, radices ſuperiores recidimus. cap.27.Cato.

Abortet, abortum faciat. lib.2.cap.4. Varro.

Acecat, acidum fiat. cap.148. Cato.

Acetabuli menſura cum dicitur, heminæ ſignatur pars quarta, id eſt, drachmæ quindecim.

Acheloides, Nymphæ à fluuio Acheloo. Dryades, deæ arborum. Napeæ, collium dictæ. Col. in hort. lib.10.

Achras, adis, genus eſt ſilueſtris pyri. in hort. Col.

Acratophoron, uineam. puto legendum Græce ἀκρατοφόρον οἶνον. lib.1.cap.8. Varro.

Amores Acriſioneos, id eſt Danaes filiæ Acriſij, quam conuerſus in imbrem aureum compreſſit Iupiter. Colum. in hort. lib.10.

Adijcialis cœna, erat adipalis & opipera, ab adijciendo. lib.3.cap.6. Varro.

Adſerunt, iuxta ſerunt. lib.1.cap.26. Varro.

Aeacij flores, hyacinthus, quem è ſanguine Aiacis natum dicunt. Col. in hort. lib.10.

AEdituus, is dicitur, qui ſacras ædes curat, priſci tamen dixere æditimum. lib.1.cap.2. Varro.

AEſtiua, ubi æſtatem: hiberna, ubi hiemem agunt armenta

& greges.lib.2.cap.8.Varro.

Sine afflatu,id eſt ſine nota aſpirationis.lib.3.cap.primo. Varro.

Albuelis,uini genus,ſicut item uiſula.lib.13.Col.

Alica fit ex Zea.ζίαν Græci ſpeltam dicunt.cap.76.Cato.

Aliäaſtrum ea forma ab alica deriuari putamus,qua à ſili qua ſiliquaſtrum.lib.2.cap.6.Col.

Allobrogica & Biturica à gente nomen habuerunt.lib.13. Columel.

Alopecis à cauda uulpium dicta.lib.3.cap.2.Col.

Altera genitrix Cretæ Prometheæ, alludit ad fabulam, quia Prometheus ex Creta terra hominem formauit. Col.in hort.lib.10.

Altinates,ex Altino,quæ urbs olim in littore Venetiæ florentiſſima fuit.lib.7.cap.2.Col.

Amaranthus,flos ab immortalitate nomen trahens, unde -immortaléſque amaranthi: nunquam enim marceſcit, fitque ab α priuatiua particula,& μαραίνω ſicco.lib.9. cap.4.Colum.

Amelus,flos eſt,quem eleganter Virgilius in Georg.deſcri bit.lib.9.cap.4.Col.

Ameram apud Columellam legimus, quæ dictio ſemen ulmi ſignificat, Plinius tamen Sameram uocat.lib.5.cap. 5.Colum.

Amerino ab Amerino oppido,ubi plurima erat ſalix amerina,quam nunc uulgus appellat agnum caſtum.cap.10. Cato.

Amylum ſine mola factum.cap.87.Cato.

Amineum genus uitis,à regione Aminea.cap.6.Cato.

Amites,perticæ aucupatoriæ.Pallad.

Amythaon,Melāpodis pater fuit,ſimiliter & Chiron.Col.

in hort.lib.10.

Ἀμπελόεσσα, ἀμπέλοις ἴχουσαν, uitibus plenam. lib.1.cap.2. Varro.

Amphibion dicitur duplicis uitæ.lib.3. cap.10. Varro.

Amphitritæ, uxor fuit Neptuni.Tethys uerò Oceani ſenis. Col. in hort.lib.10.

Amphryſus,fluuius Theſſaliæ.Col.in hort.lib.10.

Amula,uas ad aquam geſtandam.Col.in hort.lib.10.

Amurca,fæx olei,quæ contra culices, & limaces uim habet maximam.Col.in hort.lib.10.

Andrachne,herba,quæ portulaca dicitur.Colum.in hort. lib.10.

Antepagmenta, ualuarum ornamenta, quæ antibus adpinguntur,id eſt affiguntur.cap.14.Cato.

Gallinæ Aphricanæ, quas Græci μελεαγρίδας uocant, nunc Pharaonis aues dicuntur.lib.3.cap.10. Varro.

Apiana, ab Apio,braſſica, quam Græci σελινάδα uocant. cap.157.Cato.

Apianis uuis apes dedêre cognomen, præcipue earum auidæ.lib.13. Colum.

Apyrenum, malum granatum proprie dulce uocauerunt priſci medici: uerùm ſi Græcam dictionem Latinè ex etymologia explanare uoluerimus, Apyrenum dicitur,cui nulla ineſt granorum duritia uel minor quàm alijs. lib. 13.cap.22. Colum.

Ἀποδυτήριον apoditerion,locus ubi deponebant ueſtes ante ingreſſum balnei.in præfat.lib.2.Varro.

Apothecæ ubi reponitur uinum.lib.1,cap.5.Col.

Apparuit,præſtò fuit,obſecutus eſt, unde & Apparitores. lib.3.cap.2.Varro.

Apri miliarij dicebantur mille librarum,quos ſolebant in

cœnis apponere Romani*.lib.3.cap.2.*Varro.

*Aquifolios ab arbore aquifolio.cap.3.*Cato.

*Arbuſtiuum ab arbuſto poſſeſſiuum.lib.12.cap.41.*Col.

ἀρχίτυπον Græcè,*Latine exemplar.lib.3.cap.5.*Varro.

Arelatæ,urbs Narbonenſis Galliæ.lib.3.cap.7.Col.

*Aritia mater porri.*Ex Aritia *porrum erat capitatum,& genus caulium non excelſius, folio numeroſius quoque, & tenuius.* Col.*in hort.lib.10.*

Armenia,cereola,& damaſcena,prunorum genera. Colu. *in hort.lib.10.*

*Armeniaca,præcocia,perſica quidam putant: nam tuberes & armeniaca proxime ab amygdala florent. libro 11.cap.3.*Col.

*Armoreacea,genus eſt raphani.lib.6.cap.17.*Colum.

*Artrare eſt aratrare,& eſt quando ſata inarantur poſtquàm & nata ſunt,& excreſcunt.lib.13.cap.23.*Col.

Aſiatica perſica frigoribus prouenìebant,contrà Gallica *tempeſtate fiebant.*Col.*in hort.lib.10.*

*Aſinariæ molæ grauiores ſunt,& immobiles.cap.4.*Cat.

Aſini, piſces, qui per diminutionem aſelli. libro 3.cap.17. Varro.

*Aſſerculus diminutiuum ab aſſere.lib.8.cap.2.*Col.

Aſſyrio ſemine radix, hæc Syriaca *uocatur radix, quòd ex hortis* Syrorum *tranſlata ſit.*Col.*in hort.lib.10.*

Atrienſis is erat,cui credebatur cura atrij. libro 12.cap.3. Colum.

Atriplex,herba eſt ſilueſtris ſcilicet, & ſatiua, accuſata à Pythagora.Col.*in hort.lib.10.*

Attæi,hymeti,id eſt,attici mellis quod optimum naſcebatur in Hymeto *monte* Athenarum.Col.*in hort.lib.10.*

*Auerruncæs,auertas,depellas.cap.142.*Cato.

Autolycus, maternus Vlyſſis *auus omnium furaciſſimus. lib.1.cap.3.*Col.

B

Bacchi,*qui orcheſtra ſaltabãt,hoc nonine dictus eſt* Priapus, ἰθύφαλλος Græce. Columella *in hort. libro* 10.

Balauſus,*herba eſt non multum diſſimulis à* Narciſſo.Col. *in hort. lib.*10.

Balſamum *herbam ſignificat & arborem balſami, ſicut & caſia herba,& arbor.*Col.*in hort. lib.*10.

Baſculi,*populi item* Hiſpaniæ.*lib.7.cap.*10.Varro.

Baſterna,*genus rhedæ.*Pallad.

Battilus *herba aculeata ſponte naſcens, & eſt marina & hortenſis.lib.*11.*cap.*8.Col.

Beſtiarij, *qui beſtias conficiebant.*Si *ueſtiarij legatur,locum ſignificat ſeruandarum ueſtium.lib.1.cap.7.*Col.

Betica *pars* Hiſpaniæ *à flumine dicta.lib.7.cap.2.*Col.

Bilis *atra,melancholia dicitur.cap.*156.Cato.

Bima,*duorum:trima,triũ: quadrima, quatuor annorum. lib.3.cap.1.*Col.

Bionias, *herba eſt, quæ pampinorum amœnitatem præſtat, & alligat quicquid obuiam habet .* Columella *in hort. libro decimo.*

Bipalium *inſtrumentum eſt ad fodiendum.lib.primo ca.*42.Varro.

Biturici *populi* Gal.*inde* Biturica *uitis.lib.3.cap.*20.Col.

Βούμασος, *magnam mammam habens. lib.2.cap.5.*Varro.

Βούπαιδα,*magnum puerum.lib.2.cap.5.*Varro.

Βούπαινα,*magna fames.lib.2.cap.5.*Varro.

Boni *conſulat,hoc eſt, bene ſtatuat, in bonam partem, ut aiunt,accipiat.in præfat.lib.*10.Col.

Βοῶπις,*magnos habens oculos.lib.2.cap.5.*Varro.

Boſphorus, bouis tranſitus, ratio tamen exigit, ut boſporus dicamus. lib.2.cap.1. Varro.

Branchiæ dicuntur in piſcibus ſecundum ceruicem, follium more biantes partes, quibus anhelitum reddere, ac per uices recipere exiſtimantur. lib.8.cap.17. Col.

Briſſam uuam, tum dicimus, cum pedibus ad exprimendum unum calcatur. Col. lib.12.cap.19.

Brutia pix, ſecundus eſt liquor craſſior defluens à ligno igni circundato, quæ rurſus in cortinas æneas coniecta ſpiſſatur & coagulatur. lib.12.cap.19. Col.

Brutij, populi ſunt ultimi habitatores Italiæ Siciliam uerſus. Col. in hort. lib.10.

Bulbus apud idoneos ſcriptores, non tantum pro cepa capitur, ſed etiam pro omni radice rotunda. unde legimus Bulbos narciſſi, & Bulbos cannarum. libro 4. capite 39. Colum.

Bulbi megarici, à Megaris ciuitate Græciæ. ueniebant etiam ex Africa bulbi maxime laudati, utrunque genus Columella ſcribit, cum dicit Megaris & Getulis glebis. Col. in hort. lib.10.

Bumaſtus à bouis mamma. lib.3.cap.2. Col.

C

Cæcilia, genus ſerpentis. lib.6.cap.16. Col.

Cædua ſilua à cædendo. lib.1.cap.7. Varro.

Cæliaci dicuntur, qui uentris fluxum patiuntur. libro 3. cap.16. Varro.

Cæmenta, lapides quibus ædificia conſurgunt. Cato.

Cæſim, id eſt uno ictu. lib.4.cap.25. Col.

Calendæ Veneris, Calendæ Aprilis: nam à Venere Aprilis nomen traxit.

Catha, herba eſt naſcẽs in ſegetibus flore purpureo. Col. in

horto,lib.10.
Campe uermis genus hortenſes herbas infeſtans, dicta à uerbo Græco κάμπτειν, id eſt flectere. Col.in hort. lib.10.
Canabinæ poſſeſſiuum à canabe herba. lib.3.cap.8. Varro.
Cancelli ligna ſunt inter ſe modicis interuallis in tranſuerſum annexa, quibus ſcenæ, & tribunalia atque feneſtræ muniebantur. lib.3.cap.5. Varro.
Canterius, ordo uineæ ſimplici iugo porrectæ. lib.4.cap. 18.Colum.
Canterius, equus cui adempti ſunt teſticuli. cap.149. Cato.
Caphiſterium genus uaſis ruſtici, putamus Scaphiſterium melius legendum. lib.2.cap.8.Col.
Capitis porri, id eſt, capitati porri. Col.in hort. lib.10.
Capis capidis, genus uaſis. inde per diminutionem
Capidula à capiendo. cap.154. Cato.
Capulatores, qui capulis oleum deplent. Sunt enim Capulæ uaſa anſata. cap.66. Cato.
Carioſus à carie, eſt enim Caries putrilago & uetuſtas. cap.34. Cato.
Carpathium pelagus, ab inſula Carpatho dictum, inter Rhodum & Cretam. lib.8.cap.16. Col.
Caſſiope, aſtrum, in quod relata fuit Caſſiope mater Andromedæ. Col.lib.11.cap.2.
Cataclyſmus, diluuium, mundatio. lib.3.cap.1. Varro.
Catellæ, diminutiuum à catena. cap.135. Cato.
Catulo feceris, id eſt ſacrificaueris Caniculæ, ad quod ſidus placandum frugibus inimicum canes immolabantur. Facere enim eſt Sacrificare. lib.2.cap.22. Col.
Caules in herbis dicuntur, hoc eſt ipſum robur, ſiue ſtipes. lib.9.cap.4. Col.
Caurus, uentus qui & Corus dicitur. Col.in hort. lib.10.

Cauterum,ſiue cauterium,ferrum ad urendum. Pallad.

Cedria,primus ſudor,qui defluit à canali dum pix fit,cui tanta eſt uis,ut in AEgypto *corpora hominum defunctorum ea perfuſa ſeruentur.lib.6.cap.32.Col.*

Cellarius, qui habet curam cellarij . Cellarium autem eſt ubi reponuntur ad annuum uſum neceſſaria.lib.11.cap. 2.Col.

Centones ex pannis,uel lanis diuerſorum colorum in unum condenſatis,uel conſitis fiebant.cap.2.Cato.

Cerrus arbor glandifera,unde poſſeſſiuum cerreus.lib.8. cap.17.Col.

Chærephyllum, herba eſt frondibus luxurians, ab hócque nomen cepit.Col.in hort.lib.10.

Chalbanum,ſuccus eſt ferulæ Syriæ: & Græci χάλβανον, *dicunt per* χ,*noſtri uerò in g,ch uertunt. libro 9. capite 19.Col.*

Chalcis,piſcis eſt de genere romborum.lib.8.cap.17.Col.

Characatæ uineæ,id eſt,pedatæ à Græco χάραξ,ακος,*fœminini generis duntaxat, pedamentum uitis ſignificat. lib.5.cap.4.Col.*

*Charchari,*Elachatæ,*Camarus,*Gobio,*piſces.lib.8.ca.17. Colum.*

Chelas,Cācri brachia, quæ facere uidentur Libræ *ſydus. Col.lib.10.in hort.*

Chiron & Melampus, medici præſtantes, à quorum nomine herbæ quoque dictæ ſunt cētaurea, melampodion. lib.3.Col.in præfat.

*Chœnis,genus uaſis.*Pallad.

*Cicures,domeſtici,& contrarij feris.lib.3. cap.11.*Varro.

Cicuta,herba uenenoſa.Col. in hort.lib.10.

Cylindrus , lapis teres , quo terra denſatur & æquatur.

Col.in hort.lib.10.

Cymata in braſſica dicuntur,quæ uere proximo poſt primam ſectionem à caulibus colliguntur, uel(ut alij dicunt)tenuiores cauliculi.Col.in hort.lib.10.

Cimerius,ubi iungitur pontus Mæotidi paludi.lib.7.cap.2.Varro.

Cimolia creta ab inſula Cimolo,qua utūtur fullones in ueſtibus abluendis: hanc nunc uulgus terram ſaponariam uocat.lib.6.cap.17.Col.

Cyperon genus herbæ paluſtris.lib.3.cap.16.Varro.

Citheron, Parnaſſi iugum,ubi erat Nyſa urbs dicata Baccho.Col.in hort.lib.10.

Citrum lignum precioſiſſimum, quo lectos priſci exornabant: & neutri eſt generis.lib.3.cap.2.Varro.

Clatri ligna ſunt cauearum,uel quibus aliquid munitur, aut ſepitur:inde clatratæ feneſtræ.cap.4.Cato.

Claui,morbus pedes ferè tentans.lib.7.ca.5.Col.

Clitellæ dicuntur ea quibus ſarcinæ colligatæ mulis portantur:inde muli clitellarij.cap.10.Cato.

Cloaca,per quam ſordes publicæ eluuntur. Colu.in hort. lib.10.

Cloſtra à cludendo.Cato.

Coagmenta,coniunctiones arctæ & compares à cogendo, id eſt,ſtringendo.cap.19.Cato.

Coagmentare, eſt compares coniunctiones arctè cogere & ſtringere.lib. 4.cap.28.Col.

Cocula uaſa ænea coctionibus apta.cap.10.Cato.

Codicillus diminutiuum à codice:eſt autem codex arboris robur.cap.130.Cato.

Cohortales gallinæ,quæ in corte domi aluntur.lib.8.cap.2.Columel.

Cohortes ſunt uillarum infra maceriam ſpatia.lib.1.cap. 17.Varro.
Collocaſia,herba eſt Nili.*lib.8.cap.15.*Col.
Colliciares tegulæ,quære Deliciares.
Collucare, eſt, cum profanæ ſiluæ rami deciduntur offici entes lumini.cap.139.Cato.
Coloſtrum dicitur ſpongioſa lactis denſitas,quæ poſt partum prima eſt,& morbus Coloſtra, quo lactantes tentantur.lib.7.cap 3.Col.
Comitia ædilitia,in quibus ædiles creabantur.lib.3.cap.2. Varro.
Compaſcat, inde Cõpaſcuus ager dicitur, qui relictus ad paſcendum communiter uicinis.lib.1.cap.2.Var.
Compendium,utilitas:contrarium diſpendium.lib.3.cap. 20.Col.
Compitalia dies feſti à compitis:nam compita dicuntur in quæ multæ uiæ conueniunt.cap.57.Cato.
Compluuiata uitis,dicta à cauis ædium compluuijs.lib.1. cap.8.Varro.
Concinnare aptè componere: nam cinnus commiſtio eſt. cap.106.Cato.
Concoqui dicitur cibus calore ſtomachi.cap.156.Cato.
Condepſere eſt commiſcere, & mollire ſubigendo, quod uerbum à Græco *fit* δεψᾶν.*cap.76.Cato.*
Conditanea olea, quæ condi, uel condiri poteſt aptè.lib.1. cap.24.Varro.
Congylis,rapi genus.Col.in hort.lib.10.
Coni,nunc cupreſſi.lib.6.cap.7.Col.
Conſentes deos,è quibus Conſentia ſacra dicuntur,quæ ex conſenſu multorum ſunt ſtatuta.lib.1.cap.1.Varro.
Conuoluulus,à conuoluẽdo:& eſt uermiculi genus,qui ſe

inuoluit pampino: unde & inuolutus dictus. cap.95. Cato.

Coracinam picem, nigram. Pal.

Corambla, herba eſt, quæ oculos retundit & hebetes facit, ideóque dicta, nam κορὰ *pupillam ſignificat,* ἀμβλὺ *uerò retuſum & hebes.* Col. *in hort. lib.* 10.

Cordum. fœnum ſero natum. lib. 7. *cap.* 3. Col.

Corycium, antrum in Cilicia, *unde primum delatum eſt crocum. lib.* 9. *cap.* 4. Col.

Corymbus, uua eſt ederæ Col. *in hort. lib.* 10.

Corrudam ſilueſtrem aſparagum uocant. cap. 6. Cato.

Cortina, uas quo oleum uel liquidum aliud influit. cap. 66. Cato.

Cortinale, à cortina, dum menſam aut parietem ſignificat, deſcendit. lib. 1. *cap.* 6. Col.

Cotila, genus eſt menſuræ. Cato.

Coturnices aues ſunt aduenæ, terreſtres potius, quàm ſublimes, has nunc uulgus qualeas appellat: quibus ueneni ſemen gratiſſimus eſt cibus, quam ob cauſam eas dānauere menſæ, ſimúlque propter comitialem morbum. lib. 3. *cap.* 5. Varro.

Coxendicem, coxam exponit Nonius, *de qua dictione enarratius tractabimus. cap.* 159. Cato.

Cremor lac expreſſum ex grano aqua macerato. cap. 86. Cato.

Crepida prærupti ſaxi margo, & extremitas uiarum, uel ripæ paulò eminentiores crepidines dicuntur. lib. 3. *ca.* 17. Col.

Crepitaculum à crepitu. lib. 9. *cap.* 11. Col.

Crocodilus, lacerta eſt Nili *immenſæ magnitudinis, quam debellauit* Ichneumon. Pall.

Crocomaga, herba eſt.

Crotum uenatorem fuiſſe dicunt, precibúſque Muſarum in aſtra relatum, & pro Sagittario ponitur. Columel. in hort. lib. 10.

Cruditas, redundantia ſtomachi, quæ naſcitur ex ægra concoctione, in præfat. lib. 1. Col.

Cuculliones idem putamus quod cucullos. cap. 2. Cato.

Culcitra dicta, quòd in ea tomentum uel ſaxum inculcetur. lib. 3. cap. 5. Varro.

Culigna, uas propriè uinarium. cap. 132. Cato.

Cumæ, urbs Campaniæ, unde Cumana braſſica: ſeſſilis folio, & capite patula. Col. in hort. lib. 10.

Cunila bubula, herba eſt qua ſe tuentur teſtudines contra ſerpentes pugnaturæ, nunc dicitur cotula, & bouis oculus, & flos eius eſt maior quàm chamæmilla. lib. 6. ca. 17. Columel.

D

Dactylides à digitali gracilitate dictæ. lib. 13. Col.

Dardaniæ artes. Phrygij faciebāt mulierem menſtruatā, nuſquam cinctam, ſolutis capillis, nudis pedibus, cōtra erucas, & cætera, hortum circuire. Col. in hort. lib. 10.

Decemmodiæ & trimodiæ, uaſa ſunt ruſtica, quibus ruſtici in ferendo frumento dum ſerunt utuntur, necnon pollinctor in frumento per molas frangendo trimodia utitur. lib. 11. cap. 50. Col.

Decoxit domino, debitam pecuniam, cum non eſſet ſoluendo, abſtulit. Col. lib. 11. cap. 1.

Decumano: id eſt, limite decumano, qui fiat ab ortu ſolis ad occaſum, ut ſuprà diximus. aliter uerò limes ex trāſuerſo currens uocatur cardo. lib. 11. cap. 41. Col.

Decuſſis etiam dicitur à decem aſſibus. lib. 3. cap. 13. Col.

Decuſſatim,per decuſſes.lib.11.cap,53.Col.
Decuſſare,in decuſſes formare atque diuidere.lib.3.cap.13. Columel.
Defrutaria,uaſa ad defrutum idonea.lib.11.cap.6.Col.
Defrutum,uinum ad tertiam partem decoctum : de quo & paſſa,& ſapa,idem Col.ſcribit.lib.9.cap.11.Col.
Delibrare eſt librum tollere.lib.4.cap.24.Col.
Delphica laurus, quòd uictores Delphis ea coronarentur, & eſt uiridior laurus:cypria uerò folio breui, & nigro,per margines imbricato,criſpa.cap.10.Cato.
Delitiares tegulæ à delitio tigno dictæ : has alij Colliciares uocant.cap.14.Cato.
Denicales feriæ colebantur, cum hominis mortui cauſa familia purgabatur.lib.2.cap.22.Colum.
Depangere,plantare:inde depactus.lib.3.cap.16.Col.
Deplere,euacuare.cap.14.Cato.
Deſpondere animum,eſt ſtatuere finem uitæ. lib.3.cap.5. Varro.
Deſpondent,hoc loco ſtatuunt, Plautus & Varro addunt animum.lib.8.cap.7.Col.
Depſiticium à depſendo : eſt enim depſere,ſubigendo manibus aliquid molle & tenerum reddere.ca.74.Cato. quo uerbo utitur Cato frequenter.
Deſultor, unde & deſultorij equi, qui & deſultores, qui olim in curſum agebant ſingulos equos, ut nunc faciunt, qui eos ad brauium,ut currant,alunt.lib.2.cap. 7.Varro.
Digitelli,diminutiuum à digito,& uidetur eſſe genus herbæ.lib.11.cap.7.Col.
Dyndimus,mons Phrygiæ Cybelæ ſacer,quæ dea ſacerdotes ſuos in furias agebat.Col.in hort.lib.10.

Dionæis floribus,id eſt,Veneris.Col.in hort.lib.10.

διαπεψία Græce,Latine mala,difficilis concoctio cap. 127. Cato.

διφθέρα diphthera, ueſtis paſtoritia, ex pellibus ouiũ aut caprarum.lib.2.cap.11.Varro.

Diſtabeſcat,ualde tabeſcat,abſumatur,corrumpatur,colliqueſcat.cap.27.Cato.

Diſtichon,duorũ ordinum, ſiue uerſuum.lib.2.ca.10. Col.

Dodrans,nouem partes aſſis.lib.3.cap.13.Col.

Dolabella diminutiuum à dolabra.lib.4.cap.24.Col.

Dolus Mendeſius ſcriptor AEgyptius.lib.11.cap.3.Col.

Draco appellatur palmes emeritus, pluribúſque induratus annis.lib.5.cap.5.Col.

Ductarius funis qui per orbiculos trochleæ traijcitur.ca. 13.Cato.

Ductim,cum mora.lib.4 cap.25.Col.

E

Eabus pro eis.cap.152 Cato.

Ebulus, herba eſt faciens baccas in ſimilitudinem ſambuci.in hort.Col.lib.10.

Elices dicuntur reuolutiones.Col.lib.11.cap.2.

Embammata,à Græco ἐμβάπτειν fieri uidẽtur, & ſignificãt immerſiones, quãdo intingimus uel panẽ,uel obſonium in uaſculis repletis re liquida.lib.12.cap.54.Col.

Emblema,ex origine dictionis, quæ Græca eſt, ſignificat teſſerulas,quibus inſtrata pauimenta uariãtur& uerſicoloria fiunt.lib.3.cap.2.Varro.

Ephippium,ſtragulum quo equus inſternitur.lib.2.cap.7. Varro.

Epiſtates, præceptor, ſiue præfectus rei faciendæ.cap.56. Cato.

Epiſtomion, dicitur foramen, per quod aqua effluit lib.3. cap.4.Varro.

Epityrum, uel ſine e, pityrũ, ex confractis oliuis fit, ex quibus nomen traxit: Græce πίτυρις dicitur. cap.19. Cat.

Equienti mulæ, equum appetẽti, ut credimus. iam febrienti legitur. lib.6. cap.37. Col.

Equile, ab equo, ut ouile & bouile. Cat.

Erigones canis, id eſt, Canicula ſydus. Col. in hort. lib.10.

Eruca, uermis rodens herbas. Col. in hort. lib.10.

Eſculentum dicitur ab eſca lib.9. cap.11. Col.

Eſitare forma frequentatiua, à ſupino Eſum deriuatum. cap.57. Cato.

Ethesiæ, uenti ſtati, qui quotannis in uigore æſtatis perflãt XXX diebus. Col. lib.11. cap.2.

Etymon, recta interpretatio. lib.1. cap.48. Varro.

Euante, genus uitis. Pallad.

Euerriculum, genus retis piſcatorij à uerrendo dictum. lib. 3. cap.17. Varro.

Euie nos legendum eſſe dicimus, quanquam interpoſita aſpiratione euhye legant: Nam ab εὐοῖ, quæ uox eſt bacchantium, naſcitur. Col. in hort. lib.10.

Exanietur, exudando ſiccetur. lib.12. cap.50. Col.

Excudere dicuntur aues poſt legitimum incubatum pullos ex ouis: alibi legitur excludere. lib.3. cap.9. Var.

Exgrumantes, de menſura, & recta uia excedentes, uel grumos eruentes. lib.3. cap.14. Varro.

Eximij propriè ſunt porci, qui de grege accepti ad ſacrificandum liberius paſcuntur. lib.7. cap.9. Col.

F

Fabis habilis, herbas ſignificat, quibus fabæ condiri ſolebant: ſunt enim fabæ fabrorum conuiuia. Colum. in lib.1.

*hort.lib.*10.

*Factores dicuntur, qui oleum faciunt: inde factus.cap.*64. *Cato.*

Factum quid ſit, uide Oſtum.

*Faſtus, libri in quibus cuiuſque anni geſta continebãtur. lib.*9.*cap.*14.Col.

*Fauces Caudinæ, locus ubi Romanus exercitus fraude Samnitium interceptus fuit.*Col.*in hort.lib.*10.

Feles, animal, quod Græci αἴλουρον *uocant. lib.*3.*cap.*11. Varro.

Ferali menſe Lupercus, id eſt, Februarius menſis, in quo ſacra feralia mortuis fiebant, & ludi Lupercales. Col. *in hort.lib.*10.

Ferrugineis purpureis: nam ferrugo eſt purpura intẽſior. Col.*in hort.lib.*10.

*Fertum, dictum quòd feratur ad ſacra, & eſt ſacrificij genus.cap.*132.*Cato.*

Fiber, animal extremas fluuiorũ oras accolens, hunc Græci κάστορα *dicunt: Latini uerò fibrum ponticum: huius pilus pluma mollior habetur.lib.*13.*cap.*17.Col.

*Ficorum genera ſunt, chalcidicæ, chiæ, purpureæ, chelidoneæ, mariſcæ, coliſtrutiæ, lybicæ, libiſſæ, flauæ, & reliqua.*Col.*in hort.lib.*10.

*Figlinæ à figulis dictæ.lib.*1.*cap.*2.Var.

*Filicula, puto diminutiuum à filice.lib.*6.*cap.*30.Col.

*Fiſcina, uaſis genus.*Col.*in hort.lib.*10.

*Flacceſcat, id eſt, flaccidum fiat.lib.*12.*cap.*8.Col.

*Flaccidi, à flaccis, quorum aures pendulæ, & non arrectæ ſunt.lib.*7.*cap.*5.Col.

*Flammeola, rubea: nam flammeum, rubeum.*Col.*in hort. lib.*10.

Floces,feces uini.lib.6.cap.13.Col.
Flutæ,murænæ dicebantur in freto Siculo,quæ Græce πλῶ-*τα.lib.1.cap.6.*Varro.
*Fœniſecæ dicuntur,qui fœnum ſecant.lib.2.cap.22.*Col.
Forda,dicitur bos grauida : unde etiam ſacra fordicalia. lib.6.cap.24.Col.
*Foriculis,diminutiuum uidetur à foris.lib.1.cap.50.*Var.
Fortiſfortunæ dies appellatus à Seruio Tullo *rege, qui fanum* Fortiſfortunæ *ſecundum* Tiberim *extra urbem dicauit.*Col.*in hort.lib.10.*
*Fraceſcere dicuntur oliuæ , quæ collectæ caldore & uetuſtate putreſiunt.cap.76.*Cato.
*Fraces,oliuarum ſunt carnes,& feces.cap.66.*Cato.
Frietur,teratur digito,inde compoſitum affrio.lib.1.ca.9. Varro.
Fructuis, genitiuus à fructu:ut ab anus anuis.lib.1.cap.2. Varro.
*Fruge ſalis,mica ſalis,*Col.*in hort.lib.10.*

G

*Galactopotæ,lac potantes.lib.7.cap.9.*Col.
*Garum,liquamen ex piſce.lib.6.cap.5.*Col.
*Gemellæ uites ab uuis ſemper geminis nomen habuerunt. lib.13.*Col.
*Gemellar,uaſis genus uidetur.lib.12.cap.50.*Col.
Gemino aſtro,id eſt ſigno Geminorum.Columel.*in hort. libro 10.*
Gerulus à gerendo, & is eſt qui corpore aliquid gerit. Col.*in hort.lib.10.*
*Gilbus,color eſt.*Pallad.
Glaber, glabra, glabrum, depilem ſignificat. lib.1.cap.2. Varro.

*Glabrata,nuda & ſine pilis. lib.11.cap.53.*Col.

Glyciridiæ,dulcis radicis.

*Gladiolus,foliū narciſſi in gladij formam figuratum. lib. 9.cap.4.*Col.

Glaucina, herbæ genus ſilueſtris & erraticæ, Niagrum *uocatur, alij* Paralion *dicunt. naſcitur enim in afflatu maris,aut nitroſo loco,inde nomen ſumpſit: nam glaucus cæruleum ſignificat,qui color eſt maris.* Columel.in hort.lib.10.

Gleucinum, Græcè *dicitur oleum muſtum, hoc eſt expreſſum,antequam oliuæ calcentur atque premantur.* Nam γλεῦκος *muſtum* Latinè.lib.12.cap.50.Col.

Gliſcere,*eſt creſcere: unde pergliſcit, ualde creſcit per inſtructionem epularum.lib.8.cap.4.*Col.

Glubito,*corticē detrahito, de quo plura in* Plautinis *quæſtionibus.cap.33.*Cato.

Grauedo,*grauior pituita, & craſſior, inde grauedinoſi, lib.7.cap.3.*Col.

Groſſi *ſunt primitiuæ ficus.cap.94.*Cato.

Grumus,*collectio terræ minor tumulo.lib.3.cap.14.*

Grumæ *dicitur ager uel cliuulus.*Col.*lib.5.cap.8.*

Gurgulio,*pars gutturis, per quam pulmo attrahit & reddit ſpiritum.lib.2.cap.4.*Varro.

H

Hærediolum,*duorum menſura iugerum, quòd hæredem* ꝥ *ſequeretur.in præfat.*Col.*lib.1.*

Halcyonij,*ab* Halcyonibus *auibus nomen traxere, quarum fœturæ ante brumā ſeptem diebus,& totidem poſt mare ſternitur.*Col.*lib.11.cap.2.*

Halecem *fœminini generis apud* Catonem *minuti, & uilis piſcis genus putamus eſſe, quanquam alibi ex inteſti-*

niſ piſcium fecem legamus, quæ ganeæ olim materiam præbuit.cap.58.Cato.

H*aleſus,fluuius, & mons non longe ab* AE*tna.* Colum.*in hort.lib.*10.

H*amonium,coloris genus tendentis in ſubrufum.lib.*3.*ca.* 2.Varro.

H*ara ſtabulum dicitur, tam de porcis, quàm de auibus. lib.*3.*cap.*10.Var.

H*aron,in* AE*gypto uocant bulborum genus,ſcyllæ proximum amplitudine.*Colum.*in hort.lib.*10.

H*eluolæ, inſignes ſunt colore inter purpureas nigráſque medio ſæpius uariante, & ob id uarianæ appellatæ.* Col.*lib.*3.

H*eluenaci generis, id eſt,uitis heluenacæ, cuius duo ſunt genera, maior & minor, & eſt in fertilitate princeps. lib.*5.*cap.*4.Col.

H*eluolum,color inter rufum & albũ,unde heluolæ uuæ, & heluolum uinum.*

H*exaſtichon,ſex ordinum,ſiue uerſuum.lib.*2.*cap.*10.Col.

H*ibernus oriens dicitur, unde ſol per hiemem oritur. lib.* 9.*cap.*7.Col.

H*ibero,* H*iſpano.*Col.*in hort.lib.*10.

H*ydromelli,mellitæ aquæ.*

H*yena,animal eſt ferum atque agreſte, quam dicunt alternis annis marem,alternis fœminam,ſermonem quoque aſſimulare, in cuius ſpina articulus ſiue nodus eſt ad medicamina efficax.lib.*2.*cap.*9.Col.

H*yoſciamos,herba eſt.lib.*6.*cap.*38.Col.

H*ypenemium à uento natum uel factum.lib.*2.*cap.*1.Var.

H*yperionis,id eſt,ſolis, nam ſol ab* H*yperione progenitus eſt.*Col.*in hort.lib.*10.

Hipparchus, Eudoxus, Meton, philoſophi, qui de ſideribus & temporibus anni ſcripſerunt. lib. 9. cap. 14. Col.

Hornotinum dicitur huius anni, alij annotinum legunt. lib. 4. cap. 17. Col.

I

Ithyphallus proprie membrum uirile erectum dicitur. Dicuntur & Ithyphalli curatores. Columella in hort. libro 10.

Iligneas ab ilice. cap. 38. Cato.

Illicium, ab illiciendo dictum. lib. 3. cap. 16. Varro.

Imbuere, inficere, & primum intingere. cap. 66. Cato.

Incerniculum ab incernendo genus eſt cribri. cap. 10. Colum.

Ιχθυοτροφεῖα, loca in quibus aluntur piſces. lib. 8. ca. 1. Col.

Inciles, foſſæ dicuntur ad educendam aquam factæ. idem & Incilia. cap. 155. Cato.

Indidem, idem mox, ab inde & idem. cap. 15. Col.

Inerticula, genus uitis quoniã iners ſit, & uiribus innonoxia. lib. 13. Col.

Infriare eſt terendo aliquid digitis leuiter inſpergere. cap. 95. Cato.

Infundibulum, quo in uaſa liquores infundimus. cap. 10. Cato.

Inibi, ſic & mox. cap. 10. Cato.

Inire, eſt concumbere, quando fœmina marem recipit. unde legimus fœminas à uiris iniri. lib. 6. cap. 37. Col.

Initia Latine, μυστήρια Græce. lib. 3. cap. 1. Var.

Inſipiat, ideſt, alterando fiat inſipidum, quanquam alibi legatur Cum far incipiat. cap. 113. Cato.

Inſolare & inſolari dicitur ſolem admittere. lib. 4. ca. 18. Colum.

Interdius, pro interdiu. lib. 1. cap. 9. Varro.

Interordinium, ſpatiũ quod eſt inter ordines. lib. 3. cap. 13. Cato.

Intertrigo ab intertero, quando ſimul membra interteruntur & confricantur, accedente ſudore. cap. 157. Cato.

Intrita, ab intero uerbo, cuius præteritum eſt intriui & intritum ſupinum, & proprie dicitur cibus de alleato mortario factus. Col. lib. 12. cap. 40.

Inula, herba quæ ſuo aſpectu atque natura triſtitiam affert, noménque ſuum adhuc ſeruat. Columella in hort. libro 10.

Iolchos, Theſſaliæ ciuitas. Col. in hort. lib. 10.

ἵππιον ἄργος, quod & achaicum dicebatur, Peloponneſi urbs, & uidetur ab equis dictum. lib. 2. cap. 1. Var.

Iſchiaci dicuntur ἀπὸ τοῦ ἰσχίου, id eſt, à coxendice, de qua dictione plura alio loco. cap. 127. Cat.

ὕστερα Græce, Latine ſecundæ, folliculi ſunt continentes fœtum in matris utero cum menſtruis. lib. 7. cap. 6. Col.

ἱστῶνας, textoria. lib. 1. cap. 2. Varro.

Iubar, lumen eſt, & pro aurora ponitur. Colum. in hort. lib. 10.

Iugata uitis, à iugo, quod ad ſimilitudinem militaris iugi fiebat: nam duabus defixis haſtis, tertia ſuperligabatur. lib. 4. cap. 18. Col.

Iuglandes ſunt nuces, quaſi Iouis glandes. lib. 1. cap. 16. Varro.

L

Lac cyrenaicum, ſilphium eſt. lib. 13. cap. 23. Col.

Laciniæ de ueſtibus dicuntur: diſcreta item animalia & in partes diuiſa, in lacinias ſegregari dicuntur. libro. 7.

cap.5.Col.

Laconicum,fornax concameratus ad thermas concaleſaciendas.in præfat.lib.1.Col.

Lactis guſtus quæ condiat herba. De lepidio *intelligere uidetur, cuius uſus non eſt ſine lacte : emendat enim cutem in facie,& lepras tollit,& cicatricum uulnera, & nomen trahit à* Græco.*Col.in hort.lib.*10.

Lactucarum quoque plura ſunt genera,hoc eſt, Cæciliæ, Cappadociæ,Tarteſiacæ,Paphia,*ſiue* Cypria*: eſt etiam ſeſſilis lactuca.Col.in hort.lib.*10.

*Lactucula, quanuis deſcendat à lactuca , tamen alia eſt herba lac habens.Col.in hort.lib.*10.

*Lageos,herba leporaria.lib.*13.*Col.*

λαγοτροφεῖα,*leporaria.lib.*8.*cap.*1.*Col.*

*Lanatæ uuæ à lanugine,quæ eas ueſtit.lib.*13.*Col.*

Laniſtæ dicebantur,qui domi gladiaturam docebant gladiatores, quos deinde uenderent munerarijs. lib.8.cap. 2.*Colum.*

De *lapide noxium , conſuetudinem exprimit* Romanam, *nam ſolebant damnatos mortis de* Capitolino *lapide deijcere.lib.3.cap.3.Col.*

Lapſana,braſſica ſilueſtris: eſt enim braſſica alio nomine caulis,& utraque dictio Latina.*lib.3.cap.16.*Var.

*Laſerpitiatum,à ſerpitio: eſt autem laſerpitium ſilphium, aſam nunc uocant.cap.116.*Cat.

Latrina,locus eſt priuatorum ſordium. Col.*in hort.li.*10.

Lubrica lapathos,quam ὑδρολάπαθον *uocant.*Col.*in hort. lib.*10.

Lauream,& laurum, & mutata diphthongo loream pro eodem accipit Cato . *alij folia diſtinguunt appellatione laureæ.*

Lautitia,eſt epularum magnificentia.lib.9.cap.1.Col.

Leguli olearum lectores.cap.64.Cat.

Lentorem, tenacitatem & uiſcoſitatem ex humore procedentem. Nam *lentus tenacem & uiſcoſum ſignificat, unde & lenteſco uerbum.lib.5.cap.4.Col.*

Lentiſcus arbor eſt,ex qua colligitur maſtix, & eſt trifera lib.13.cap.20.Col.

Ora leonis,herbam ſignificat leoninam in montibus naſcentem,cuius flores cum emittuntur,ſimiles ſunt ori leonino aperto.Col.in hort.lib.10.

Lernei cancri,id eſt, qui ex palude Lerna exijt,dum Her*culis pedem momordit pugnantis, & in ſydus relatus eſt.Col.in hort.lib.10.*

Leucoia,alba uiola.lib.9.cap.4.Col.

Lyceus,& Cyllenus,*montes* Arcadiæ.*Col.in hort.lib.10.*

Ligula,genus menſuræ.lib.12.Col.

Limaces,cochleæ à limo appellatæ.Col.in hort.lib.10.

Limes decumanus in ſemitis,& limitatione agrorum is uocatur,qui agrum ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialem ſecat.lib.3.cap.20.Col.

Ligula diminutiuum à lingua, uidetúrque ſignare hic lignum uel lapidem concauum,quà aqua uel uinum confluit: ſed de hac dictione plura in Plautinis *quæſtionibus.cap.18.Cato.*

Liguſticum herba eſt in Liguriæ *montibus naſcens. libro 12.cap.57.Col.*

Lyra,ſignum cœleſte.Col.in hort.lib.10.

In ſpeciem literæ Græcæ, *id eſt,* δ *deltæ, uel* λ *lambdæ. lib.3.cap.16.Col.*

Litera proxima primæ, id eſt, β, *beta.Columel. in hort. lib.10.*

Lithoſtrotus,locus lapidibus ſtratus, ſi uerbum Græcum *propriè interpretari uolumus.* Verum *Lithoſtrota ex paruulis cruſtis conſtabant,quibus ſolum pauimentum incruſtabatur.lib.3.cap.1.*Varro.

Loci *locorum,uulua propriè dũtaxat in fœmina, de qua plura alibi dicam.cap.157.*Cato. (*Dicuntur etiam loca locorum,ut apud* Col.*lib.8.cap.11.*)

*Loculamenta à loculis deriuari uidentur, & ſignificant capſulas .lib.8.cap.8.*Col.

*Longurius,pertica eſt longior.lib.1.cap.19.*Varro.

*Lomentum,panis ex faba.*Pall.

*Lorea ex lora fit maceratis aqua uinaceis.cap.25.*Cato.

*Lotium urina eſt.cap.122.*Cato.

Lotus arbor eſt dicata matri deûm: eſt etiam herba in Phrygia *laudatiſſima, &* Aphricæ *peculiaris, cuius baca ueſcuntur homines.*Col.*in hort.lib.10.*

*Luridus,ſupra modum pallidus.lib.1.cap.22.*Varro.

*Lupus,piſcis eſt olim pretioſus, qui lanatus erat,ſub oſtia fluuiorum captus.lib.3.cap.3.*Varro.

Luſitanea,pars eſt ulterioris Hiſpaniæ, *quam nunc* Portu*galiam appellant,dictam dicunt à luſu* Bacchi. *libro 2. cap.1.*Varro.

*Luxa & luxata, membra ſuis locis mota, & ſoluta. cap. 159.*Cato.

M

*Mæna piſcis eſt.cap.88.*Cato.

*Maguderis, laſerpitij genus, alij dicunt caulem laſerpitij eſſe.lib.6.cap.17.*Col.

Malagma à uerbo Græco μαλάττω *quod eſt emollio, & eo utimur in duritie mollienda.lib.6.cap.17.*Col.

Malleolus *dicebatur ſurculus utrinq; capitulatus è duro.*

lib.4.cap.22.

Mandragoræ *duo genera, candida, quæ mas, nigra quæ fœmina exiſtimatur, ferunt mala nucum auellanarum magnitudine.* Col. *in hort. lib.10.*

Mareotides AEgyptiæ : *nam* Mareotis *pars eſt* AEgypti. *lib.13.* Col.

Marræ, *bidẽtes, & ſarcula, ruſtica ſunt inſtrumenta.* Col. *in hort. lib.10.*

Mauricini, *populi prope* Marſos. Col. *in hort. lib.10.*

Matellionem *à* Matella *deriuari ſentimus, & eſt aquarium uas. cap.10.* Cato.

Matrices *dicuntur quæ ad progenerandum aptæ ſunt, & plerunque à gallinis. lib.2. cap.4.* Varro.

Mazonomum, Græca *dictio, & propriè lancem ſignificat ad ferenda obſonia in menſam. lib.3. cap.4.* Varro.

Me œſſa, *pro mihi quæ œſſit: & ſecundum priſcos locutus eſt, qui tibe, & ſibe, & mihe, pro tibi, ſibi, mihi, dicebant. lib.3. cap.16.* Varro.

Mediaſtinus, *incola mediæ urbis, uel balneatorum miniſter, & curator ædium. lib.1. cap.9.* Col.

Medica *herba eſt, quæ & melica, quæ ſemel ſata decem annos durat. lib.1. cap.42.* Varro.

Medipontus *inſtrumentum funarium. cap.3.* Cato.

Melanthius *apud* Homerum *in* Odyſſea, *ſeruus* Vlyſſis, *quem herus fœda morte domum reuerſus affecit. lib.2. cap.4.* Varro.

Μελάνθιον Græcè, *Latinè git dicitur: alio nomine melanſpermon, id eſt, nigrum ſemen, alij nigellam.* Columel. *in hort. lib.10.*

Melanurium, *piſcis à nigra cauda nomen trahens. lib.8. cap.16.* Col.

Meleagrides, & Numidicæ, & Gutteræ, aues ſunt, quæ & Afræ dicuntur.lib.8.cap.2.

Meles,item animal, auibus inimicum, puto eſſe id, quod uulgus fouinum & maturellum appellant. lib. 3. cap. 11.Varro.

Mellicæ gallinæ, quòd in Media id genus auium corpore ampliſſimo fiat.l,litera pro d,ſubſtituta.

Media regio Orientis,ex qua Medi, qui & Perſæ dicuntur.lib.8.cap.2.Col.

Melimela per unum l,utrobique, ſunt mala muſtea,à μιλί,id eſt,mel,& μῆλον malum,quòd mellis ſaporem retinent.lib.1.cap.59.Varro.

Meliſſophyllus,herba eſt.

Μελιττῶνας, apiaria, ubi apes nutriuntur. μελιτροφεῖα etiam dicuntur.lib.3.cap.16.Varro.

Menalippa, mulier, quæ cum Booto filio ad Metapontum delata fuit,ubi ſacram ædem habuit.lib.2.cap.5.Var.

Mendeſius poſſeſſiuũ à ciuitate AEgypti.lib.7.cap.5.Col.

Meta dicitur congeries, uel ſtrues in acutum tendens quæ Græcè πυραμὶς dicitur.cap.46.Cato.

Inuerſæ metæ ſimilis,hoc eſt,turbicinam habens figuram, cuius ima pars anguſta eſt: ſuperior uero lata. At meta inferiorem partem latam habet,ſuperna uero tendit in acutum.lib.9.cap.14.Col.

Metreta uas eſt.

Miris,ſiue ſmirza,uel ut alij mira,herba eſt ſimilima cicutæ,caule, flore,foliiſque minor.Col.in hor.lib.10.

Mirtum coniugulum, id eſt, coniugalem à coniugijs. cap. 8.Cato.

Molle pecus, tectum : hirſutum uero, colonicum.libro 7. cap.2.Colum.

Molochon, agrian ibiſcum appellant. Quidam alij dicunt malachon, hoc eſt maluam. Col. in hort. lib.10.
Muceat, mucorem contrahat. cap.148. Cat.
Mucrone graphio, quo in pugilaribus cereis ſcribimus. Colum. in hort. lib.10.
Mulſum, uinum cum melle miſtum. lib.3. cap.16. Varro.
Mundus muliebris, ornatus, Græce κόσμος. *libr.12. cap.3. Colum.*
Mugiles, piſces ſunt tam præcipitis uelocitatis ut tranſuerſa nauigia interim ſupernatent. lib.8. cap.16. Col.
Mullus, piſcis olim precioſus, & cum barbatus ſit, putant quidam eum eſſe quem uulgus barbonum dicit. libr.3. Cap.17. Varro.
Munerarij dicebantur qui munera, id eſt, ludos populo dabant. lib.7. cap.7. Col.
Munera Tarteſia, à Tarteſſo oppido Hiſpaniæ ſito quondam inter Betis oſtia, quo nomine etiam fluuius appellatur. lib.8. cap.16. Col. (alij Tharſenſis tamen legunt.)
Murgentinam, alij Pompeianam uocant. lib.13. Colum.
Muria, ſal cum aqua medicatum & induratum, de qua plura Col. lib.7. cap.8.
Muſcantur, muſco integuntur. Col. lib.11. cap.2.
Muſcipulis. id eſt, inſtrumentis ad mures capiendos. lib.1. cap.8. Varro.
Muſtella, piſcis in lacu Brigantino Rhetiæ generatus. libr. 8. cap.17. Col.
Muſtus, nouus.

N

Narciſſus, herba eſt, eiúſque duo genera. Colum. in hort. lib.10.
Pix naricia, ab inſula maris Ionij dicta. Columella. in

horto.libro 10.

N*aſiterna,uas aquale eſt.cap.*10.*C*ato.

N*aſturtium, herba dicta, quòd naſum torquere faciat. lib.*3.*cap.*9.*C*ol.

N*atrix, genus natantis ſerpentis.lib.*1.*cap.*5.*C*ol.

N*axius ardor,* B*acchi coronæ ſidus ſignificat:nam(ut ferunt poetæ) in inſula* D*ia, quæ poſtea* N*axos dicta fuit, relicta* A*riadne à* T*heſeo nuptias cum* B*accho fecit, donatáque corona inter ſidera illata fuit.*C*ol.in hort.li.*10.

Νεοσσοτροφεῖον,*locus ad alendas aues. lib.*3.*cap.*11.V*arro.*

N*epa,ſcorpium ſignificat: alij cancrum dicunt.*C*olum.in hort.lib.*10.

N*epita,herba,quæ* G*ræce* καλαμίνθη.*lib.*7.*cap.*5.*C*olum.

N*exus, dicitur obligatio quædam, quæ per æs & libram fiebat.lib.*1.*cap.*3.*C*ol.

N*idor,odor rerum aſſarum.lib.*8.*cap.*4.*C*ol.

N*octurnas uolucres,noctuam,bubonem,ululam, ueſpertilionem: ſolebant enim priſci ad hortos tuendos noctuã pennis patentibus figere.*C*ol.in hort.lib.*10.

N*omades,paſtores dicuntur,quorum uita omnis in paſcendis gregibus habetur, à uerbo* νέμω.*id eſt, paſco. lib.*7.*cap.*2.*C*ol.

N*omenculator is erat qui nomina citabat, ciuiúmque & ſeruorum nomina nouerat : inde nomenculatio. lib.*3.*cap.*2.*C*ol.

O*ptima nomina, optimos debitores : unde & pecuniæ in nominibus.lib.*1.*cap.*7.*C*ol.

N*omophylaces , dicuntur legum cuſtodes & ſeruatores,* ἀπὸ τοῦ νόμου,*id eſt,à lege;&* φύλακος,*id eſt,cuſtos.lib.*12.*cap.*3.*C*ol.

N*ouacula,culter tonſorius.lib.*12.*cap.*53.*C*ol.

Noxis præſtari, id eſt, pro damno ſatiſfacere, & emptorem indemnem facere. lib. 2. cap. 4. Varro.

Numellæ, genus uinculi, quo quadrupedes alligantur. lib. 6. cap. 19. Col.

O

Obærati, dicuntur obligati ab ære. lib. 1. cap. 17. Varro.

Obſtriglandi cauſa, detrahendi, mordendi, repugnandi. lib. 1. cap. 2. Varro.

Ocymum herba eſt, quam baſilicon alij appellant, ſunt qui per ζ, oζymum ſcribant à uerbo Græco ὄζω. Colum. in hort. lib. 10.

Oculi in arborum ſurculis proprie uocantur: unde germinantur. lib. 4. cap. 22. Col.

Offulæ, paruæ offæ, & hoc loco carnis fruſta. lib. 12. cap. 42. Col.

Ogyges, rex Thebarum, ſub quo diluuium factum eſt. lib. 3. cap. 1. Var.

Οἶστρος œſtros, aſylum Latini uocant, ſiue tabanum: nonnunquam furorem ſignificat. lib. 9. cap. 14. Col.

Oleagina ad ſimilitudinem oliuæ. lib. 9. cap. 14. Col.

Oleaſtellum, diminutiuum ab oleaſtro. lib. 2. cap. 5. Col.

Oleitas, ſiue oletas, ut oliuitas, eſt tempus legendarum oliuarum, & fructus oleæ. cap. 68. Cato.

Oletum, conſitus oleæ locus. cap. 1. Cato.

Olyſippo, Luſitaniæ urbs, quæ noſtris temporibus Vliſbona dicitur. lib. 2. cap. 1. Varro.

Oliuitatem appellarunt priſci cum olea colligebatur. lib. 12. cap. 50. Col.

Olus pullum, alio nomine oluſatrum. Colu. in hort. lib. 10.

Omphacomelli, immaturo melle. Pallad.

Onychina pruna, quæ unguis colorem habent. ὄνυξ enim

eſt unguis.lib.12.cap.10.Col.

Opon Cyrenaicum,*ſuccus ſylphij.*Pallad.

Oporothecæ,*ubi ſeruantur fructus.lib.1.cap.2.*Varro.

Orchites,*teſticulares oliuæ.cap.6.*Cato.

Orbiculata *poma, à figura orbis in rotunditatem circum-acti.lib.1.cap.59.*Varro.

Onyx,*gis,fera eſt,quæ contrario pilo,hoc eſt,ad caput uerſo ueſtitur, orientémque* Caniculã *contuetur, & adorat naſcitúrque præcipuè in* Getulia.*lib.9.cap.1.*Col.

Ornithia,*ab auibus tractum nomen:appellántque tempus quod eſt ſeptuageſimo die poſt brumam,ab aduentu auium:tunc enim adueniunt hirundines,ciconiæ,coturnices,& reliquæ aues aduenæ.*Colu.*lib.11.cap.2.*

Ορνιθοβοσκεῖον,*locus ad alendas gallinas,& aues.libro 3. cap.9.*Varro.

Ορνιθὼν,*ornithon,auiarium,in præfa.libri* Varro.

Orthociſſos,*recta edera,& rigens, quæ ſola ſine adminiculo ſtat.*Col.*lib.11.cap.2.*

Oſcitat *leo,aperitur flos leonis.*Col.*in hort.lib.10.*

Oſtum *uocauerunt* Priſci, *quod ex uno facto olei reficitur: factum dicebant,quod uno tempore conficerent:quod alij 160 modiorum: alij 120 faciebant.cap.6.*Cato.

Oxygarum,*acetum cum garo ſignificat.* ὄξος *enim* Græcè *acetum,* γάρον *liquamen ex piſce.lib.12.cap.57.*Col.

P

Pæan, *laus in* Apollinem *pro uictoria, uel peſte auertenda.*Col.*in hort.lib.10.*

Paliurus, *arbor eſt* Africæ, *ſuauem fructum faciens, quo uina commendantur.lib.7.cap.9.*Col.

Paliurus,*herba paluſtris.*Col.*in hort.lib.10.*

Palmaria,*inſula in mari* Tyrrheno.*lib.3.cap.5.*Var.

Panacæ, herba eſt, quæ alio nomine dicitur centaurea, cuius plures ſunt ſpecies, interpretatúrque remedium ad omnia. Col. *in hort.* lib.10.

Pandatharia, inſula in Puteolano ſinu. lib.1.cap.8. Varro.

Parilia, feſta Palis paſtorum deæ: ubi notandum quòd in hac dictione mutatur l, in r. lib.2.cap.1. Varro.

Parthenope, Neapolis. Col. *in hort.* lib.10.

Partiarius, à partiendo dictus, & is eſt, cum quo aliquid commune habemus, & partimur. cap.136. Cato.

Patibulum, ſera eſt lignea. Cato.

Pauimentum, à pauiendo, id eſt, à feriendo dictum. lib.3. cap.1. Varro.

Pauicula, à pauiendo, id eſt, feriendo. cap.107. Cato.

Pauito, ferito, & percutito. Cato.

Pauſia, à pauiendo, oliua. cap.6. Cato.

Paxillus, diminutiuum à palo. lib.8.cap.8. Col.

Pectita, participium uidetur, nouè dictum à pecto: alij legunt parcita. Col. *in hort.* lib.10.

Pectunculis, piſcis per diminutiuum à pectine. lib.8. cap. 16. Col.

Pedamentum, palus, quo uinea ſuſtinetur. libro 1. cap.7. Varro.

Pedarius, quando pedamentis uinea fulcitur. lib.4.cap.11. Columel.

Pedes, apud hunc pediculos ſignificat. lib.3.cap.9. Var.

Pedicinus, idem quod pes, & petiolus, & pediculus. cap. 4. Cato.

Pegaſidum, Muſarum: à Pegaſo equo. Col. *in hort.* lib.10.

Pelamides, à luto nomen traxerunt, quæ primum cordilæ, mox cum annum exceſſere, tynni uocantur. libro 8. cap.17. Col.

Pellibus oues ueſtri. Quomodo oues pellitæ pellibus ueſtirentur ad cuſtodiendam lanam, Varro docet lib.2. cap. 2.Col.

Pelliculare, à pelliculis fit, & uidetur eſſe circumligatis uel poſitis pellibus obturare. lib.12. cap.39. Col.

Peluſiaci, id eſt, AEgyptij Zithi potus, quem è fruge excogitauit AEgyptus, ab alijs ceruiſia dicitur. Columel. in hort. lib.10.

Penicillum, diminutiuum à peniculo, Peniculus uero à pene, id eſt, cauda deriuatur. lib.12. cap.18. Col.

περιπετάσματα, ſunt uela quæ extenduntur ad occludendum, & ornandum locum. lib.3. cap.5. Varro.

περιστερεὼν, columbarium, in præfat. lib.2. Var.

περιστεροτροφεῖον, ſeu περιστερεὼν, id eſt columbarium. lib.3. cap.7. Varro.

Periſtylus, locus columnis clauſus in præfat. lib.1. Var.

Perna à pede dicitur, uel à Græco πέρνα. cap.158. Cato.

Perſica peregrina fuerunt, utpote quæ à Perſia ad nos tranſierint. Col. in hort. lib.10.

Peſtum oppidum in Campania, roſis generoſum. Colu. in hort. lib.10.

Petaſo, eſt coxa cum crure porcino ſalita. libro 2. cap.4. Varro.

Petiolis, paruis pedibus, diminutiuum eſt. lib. 12. cap. 44. Columel.

φαγεδαῖνα phagedæna, morbus ulceroſus, uſque ad oſſa celeriter carnem depaſcens cum aduſtione, emittitque fœtentem ſaniem, & puto hoc in loco eſſe malum, quod in iumentis uermem appellant. lib.9. cap.12. Col.

φυτῶν hiſtorias, plantarum hiſtorias, ſic φυσικῶν αἰτιῶν. id eſt, cauſarũ naturalium, ſic enim Theophraſt. librum

Inſcripſit.lib.1.cap.2.Varro.

Phrygia & Lycaonia, regiones Aſiæ minoris. lib. 2. cap. 9.Varro.

Pyctes,pugillator interpretatur. lib.8.cap.2.Col.

Pinacothecæ ubi tabulæ reponuntur.lib.1.cap.2.Var.

Pinſo,& piſo in eodem ſenſu,eſt in pila tundere, uel molis frangere.cap.136.Cato.

Pyrois,gemma à calore igneo dicta.Col.in hort.lib.10.

Pituita,eſt catharrus.lib.6.cap.7.Col.

πολυάρνας *polyarnas, multorum agnorum. lib. 2. cap.1. Varro.*

πολυβούτας *polybutas,multorum boum.lib.2.cap.1.Varro.*

Pocillum à poculo deriuari uidetur.cap.156.Cato.

πολύπυρον,*multi frumenti.lib.1.cap.2.Var.*

Polycletes,Phragmon,& Ageladas,ſtatuarij fuere generoſi.Col.in hor.lib.10.

πολυμήλας *polymelas, multarum ouium. libro 2. cap. 1. Varro.*

Pollentia,urbs iuxta Alpes,diuidens Italiam à Gallia.lib. 7.cap.2.Col.

Pollinctorē,curatorem piſtrini,à polline dictum. ca.5.Ca.

Pollucere,uerbum eſt ſacrificale,& reddentium libamenta deis:de quo plura in Plautum.cap.132.Cat.

Pollubrum uas aquatile.Cato.nunc pollulum legitur.

Pomœrium,locus poſt mœnia.lib.1.cap.2.Varro.

Pompeij,& Herculaneum,oppida Campaniæ. Colum.in hort.lib.10.

Portitor Helles,Aries qui in cælum deportatus eſt. Col.in hort.lib.10.

Portumnus deus maris, quem Græci Palæmona appellant.Col.in hort.lib.10.

Præcidanea, à præcidendo, quemadmodum ſuccidanea à ſuccidendo, & erat hoſtia pro frugibus. cap. 149. Cato.

Præliganeum uinum, à prælegendo. cap. 23. Cato.

Precia quæ cito matureſcit, quaſi præcoqua. libro 13. Columel.

Poſt principia, locus in caſtris à principibus militibus dictus. lib. 3. cap. 4.

Procyon, ſtella, quæ Antecanis dicitur Latinè. Col. lib. 11. cap. 2.

Prodromi Aquilones appellantur, qui octo ferme diebus exortum Caniculæ præcedunt. Col. lib. 11. cap. 2.

Promus, à promendo dicitur, & eſt, qui uictum familiæ promit. lib. 11. cap. 3. Col.

Protocomos, primum comantes: alij prototomos legunt, id eſt, primæ ſectionis. Col.

Prouincia dicebatur extra Italiam, & ideo legimus uineas Prouinciales, & Italicas. lib. 4. cap. 1. Col.

Ptiſana, uidetur eſſe pultis genus ex farina ordeacea. lib. 2. cap. 7. Col.

Pſitiæ, etiam uites ſunt. lib. 13. Col.

Pullationem, idem putamus, quod pullicium, hoc eſt, fœturam pullorum. lib. 8. cap. 4. Col.

Pulex, uermiculus herbis infeſtus, & præcipuè braſſicis. Col. in hort. lib. 10. Varro.

Pullicium, à pullis deriuatur, & eſt fœtura pullorum. lib. 3. Varro.

Pumiles, & pumiliones, in hominibus dicuntur, Græcè quoque gallinæ dicuntur pumiles, νᾶνοι. libro 8. cap. 2. Colum.

Putearius, poſſeſſiuum, à puteo. Varro.

Q

Querquedulæ, phalagrides aquaticæ aues. libro 3. cap. 11. Varro.

Quinquatria, dies Mineruæ ſacer. Col. lib. 11. cap. 2.

R

Radula, inſtrumentum ferreum à radendo. lib. 12. cap. 18. Colum.

Ramentum, à radendo dicitur, id eſt, quod de raſo ligno, uel alia re decidit. lib. 4. cap. 28. Col.

Rapina, à rapo ſimiliter & rapitium. cap. 35. Cato.

Rapiſtrum, diminutiuum à rapo. lib. 9. cap. 4. Col.

Raui coloris appellantur, qui ſint inter flauos & cæſios. lib. 2. cap. 2. Varro.

Recipere, eſt excipere ad uſum ſuum, & reſeruare: inde recipitur domino, id eſt, reſeruatur domino. ca. 140. Ca.

Referre acceptum, eſt fateri ſe ab alio accepiſſe. lib. 1. cap. 2. Varro.

Reiiculæ oues, quæ ætate uel morbo graues reiiciantur. cap. 2. Cato.

Repaſtinari ager is dicitur, cuius natura fodiendo mutatur. de origine & ſignificato plura Col. Varro.

Reſoluit nexus, id eſt, peperit, & enixa eſt. Col. in hort. lib. 10.

Retorridum dicitur, quod intempeſtiuè amiſſis uiribus à ſole torretur. lib. 3. cap. 18. Col.

Retrimentum, à reterendo uidetur deduci. Plinius recrementum dicit. lib. 1. cap. 64. Varro.

Rhetica, à Rhetis populis Alpium. lib. 13. Col.

Rhynton, Tarentinus nugator uiliſſimus in agendis præcipuè fabulis, ad quem alludunt tam Varro quàm Col. apud quos modo legitur mython, modo rhynton. lib.

3.cap.3.Varro.

Ricinus uermis eſt exitum non habens, canes acrius infe-ſtans atque boues.lib.2.cap.9.Varro.

Ricinus genus cucumeris rotundi,à uerme, nam oblongus: cylindro non eſt abſimilis.Col.in hort.lib.10.

Riphæi,montes Septentrionales.Col.in hort.lib.10.

Robigo,deus,quem putabant rubiginem auertere: eſt autem Rubigo morbus ſegetum.lib.1.cap.1.Var.

Robuſtus,à robore.Cato.

Rododaphnes,roſa laurina, quam Nereum uocant. Pall.

Romanenſis ſal,qui Romæ uenditur.cap.156.Cat.

Roſea,campus appellatur in agro Reatino,quòd in eo arua rore humida ſemper ſerantur.lib.1.cap.7.Var.

Rubeliæ Nomentanæ, dicuntur à rubente materia.lib.13. Columella.

Rudetum,terra quæ prius rudis fuerat & inculta,tum autem arata.cap.34.Cato.

Rufrimateriæ & Pompeij ſunt oppida Campaniæ. cap. 22.Cato.

Ruſcus,herba eſt aſpera,& horrida.Col.in hort.lib.10.

Ruſtica uinalia quartodecimo Calend. Septemb. celebrabantur, quo die primum uinum in urbem deferebant. lib.1.cap.1.

Ruſticæ ,gallinæ ſunt agreſtes, roſtro longiore, quæ per diminutionem ruſticulæ quoque appellantur. lib.8.cap. 2. Colum.

Rutabulum,dictum à proruendo.lib.11.Col.

S

Sabelli,populi à Sabinis orti,qui incolũt montes qui ſunt inter Sabinos & Marſos.Col.in hort.lib.10.

Sabæũ,arabicum:nam in Arabia fœlici odoramenta pre-

cioſa naſcuntur, ut balſamus, caſia, thus. Colu. in hort. lib. 10.

Sacer mons, eſt (ut opinamur) ſacrum promontorium, quod modo appellant caput ſancti Vincentij. *libro* 2. *cap.* 1. Varro.

Salaria uia, dicta quoniam ex illa ſal in Sabinos *portari conſueuerat. lib.* 3. *cap.* 1. Varro.

Salentini, populi Calabriæ. *lib.* 2. *cap.* 10. Varro.

Salgama appellabantur à priſcis, quæcunque conditanea ad uictum noſtrum in uaſis ſeruabantur. Colum. in hort. lib. 10.

Salire proprie dicuntur animalia ratione carentia, quando fœtum mares ineunt. Ab eo fit *ſalior: unde* Læta *ſalitur ouis.* Et *ſalax eſt nomen, id eſt, in coitu fortis & creber. lib.* 7. *cap.* 7. Varro.

Sampſucus, herba quam nūc appellant maioranam alióque nomine amaracus dicitur. Colu. in hort. lib. 10.

Sanſam, Gregorius *Tifernus, utriuſque linguæ interpres, quod* Strabo *Græce dici* σίτυρα *ſalſam interpretatur, ſignificátque Græce os oliuæ. lib.* 12. *cap.* 49. Col.

Herba *ſantonica, genus eſt abſynthij amariſſimi, dicta à* Santonibus Galliæ *populis. lib.* 6. *cap.* 24. Col.

Sarranæ, uiolæ purpureæ: unde ſarranum oſtrum. lib. 5. *cap.* 4. Col.

Satureia, thymus, & thymbræ, herbæ ſunt. Colu. in hort. lib. 10.

Scapus, eſt fruticibus & ijs herbis, quæ per hiemem non demoriuntur. lib. 9. *cap.* 4. Col.

Scarificatio, eſt quando tenui uulnere ſanguis emittitur. lib. 6. *cap.* 12. Col.

Scarus piſcis, qui ſolus piſciū dicitur ruminare, herbíſque

ueſci.lib.3.Varro.

Scandulæ ſiunt ex robore, abiete, etiam picea, fiſſis, uel aſſulatim deſectis.lib.8.cap.3.Col.

Schœnus, arbor lentiſci.cap.105.Cato.

Scylla, genus eſt bulbi.Col.in hort.10.

Scylla, cepæ eſt genus.lib.13.cap.13.Col.

Scipio, baculum ſignificat.lib.11.cap.39.Col.

Scirpiculas falces, à ſcirpendo, id eſt, ligando: nam his utuntur in uinea liganda.cap.11.Cato.

Scobem dicimus, quod per terebram, & ſerram in perforandis rebus teritur, atque educitur.lib.4.cap.18.Col.

Scopula, diminutiuum à ſcopa.lib.11.cap.18.Col.

Sculponeas, calceos putamus ex lana confectos. cap. 59. Cato.

Scutriſcum, uaſis genus, & uidetur ex figura Græca deriuari à ſcutria.cap.11.Cato.

Scutulas, ſcutis intertextas, quod opus à Gallis eſt inſtitutum primo.Pal.lib.1.cap.9.

Sebetis nympha, Sebetos fons eſt Neapoli, cuius aqua uicatim decurrens, omnes ferè uſus Neapolitanis præſtat. Col.in hort.lib.10.

Sectarius, porcus qui gregem præcedens ducit. cap. 150. Cato.

Secto, ſectiuo.Col.in hort.lib.10.

Sectores, dicti ſunt, qui ſpe lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum auctionabantur, próque his pecuniam penſitabant ſingulis.Sectio uero ipſa auctio.lib.3.cap.2.Varro.

Sedentaria opera, quæ ab artificibus ſedendo fiunt. lib.1. cap.11.Col.

Sedum, alij ſadum, alij ſeſſuuium uocant, herba eſt in tegulis naſcens.lib.11.cap.8.Col.

Sedum herba eſt, quam anagorum alio nomine uocant. lib.2.cap.22.Col.

Sementinæ feriæ, à ſemente, quòd ſationis cauſa ſuſceptæ. lib.1.cap.2.Varro.

Seminio, pro ſemine. lib.2.cap.1.Varro.

Septimuntialis ſatio, dicta à ſacrificio ſeptimuntialiorum, quod fiebat in ſeptem locis urbis Romæ: nominatæ ſeptimuntium à ſeptem montibus, in queis Roma ſita eſt. lib.2.cap.10.Col.

erra campanica, herba eſt, quam millilotum dicimus. ca. 10.Cato.

erum, aqua lactis. Col. in hort. lib.10.

eſquiculeare uas, quod continet culleum, & dimidium alterius. lib.12.cap.18.Col.

eſquilibra, libra una cum dimidio alterius. lib.12.cap.11. Columel.

eſquimenſis, dicitur menſis unus cum dimidia parte alterius: hoc eſt octaua pars. lib.1.cap.27.Varro.

eſquipedes, pes unus cum dimidio alterius. ca.46.Cato.

eſtiana mala, à Seſtio nomen acceperunt. lib.12. cap.44. Columel.

ybaris, ciuitas Calabriæ. lib.1.cap.7.Varro.

icilire, eſt ea ſecare quæ fœniſecæ prætericrunt. libro 2. cap.22.Col.

ignia, urbs Campaniæ. Col. in hort. lib.10.

igninum opus, ut diximus, fiebat calce addita confractis teſtis. lib.8.cap.17.Col.

ilenti luna, coeunte luna, hoc eſt interlunio. cap.29. Cato.

iler, fluuius iuxta prædicta oppida. Col. in hort. lib.10.

imilago, & ſimila, ſunt deliciæ farinæ triticeæ. Cato.

imus, qui preſſis naribus: inde Reſimi, qui ſurſum uerſus

reſimas gerunt.lib.6.cap.1.Col.

Siphones,fiſtulæ,quibus aquas,uel aliud liquidum interueniente ſpiritu attrahimus, atque emittimus. lib.3.cap.10.Col.

Sirpiculum,caniſtrum ex ſirpis confectum. Colu.in hort. lib.10.

Sirpus,iuncus eſt.lib.8.cap.15.Colum.

Siſer,herba,cuius radicem olim nobilitauit Tyberius Cæſar,flagitans eam omnibus annis à Germania.Colu.in hort.lib.10.

Solea,quæ ſolo pedis ſubijcitur.lib.6.cap.13.Col.

Solea,rombus,& paſſer,piſces plani.lib.8.cap.15.Col.

Solitaurilia, hoſtiarũ trium diuerſi generis immolationem ſignificant,hoc eſt tauri,arietis,uerris.cap.141.Cato.

Solium & labrum , uaſa quibus in balneo utuntur.cap.10.Cato.

Spartæ,à ſparto.Eſt enim Spartum herba Hiberica.Latini quidam geniſtam interpretantur.cap.11.Cato.

Sphæricum,à ſphæra,id eſt,rotunditate.Cato.

Spira, dicitur baſis columnæ unius tori, & genus operis piſtorij,& funis nauticus,in orbem conuolutus. cap.77. Cato.

Stabiæ,uetus Campaniæ oppidum.Col.in hort.lib.10.

Staphylinus,paſtinaca eſt agreſtis, & erratica. Colum.in hort.lib.10.

Statumina,à ſtatu arborum ducuntur, prout creſcẽdo ſtatum accipiunt rami.lib.4.cap.2.Col.

Stellio,genus eſt ſtellati lacerti.lib.9.cap.7.Col.

Stephanitis à coronario naturæ luxu folijs acinos intercurſantibus.lib.3.cap.2.Col.

Stramenta à ſternendo.Cato.

Stranguria, difficultas urinæ, quando guttatim micturiunt.cap.127.Cato.
Strepitus,quòd cum ſole circumagatur.lib.13.Col.
Strigæ appellantur ordines rerum intra ſe continuatè col locatarum,à ſtringendo dictæ.lib.2.cap.19.Col.
Strigoſum dicitur iumentum, cuius corpus fame aut alia uitij cauſa ſtringitur:nam ſtrigoſus quaſi ſtringoſus, à ſtringendo.lib.6.cap.37.Col.
Stringere,decerpere,& colligere:inde ſtrictiuæ oliuæ,quæ manu leguntur ad differentiam caducarum.ca.66.Cat.
Strues, dicebantur extructiones rerum, & propriè in ſacrificijs.cap.134.Cato.
Sublinat,pinguat.cap.15.Cato.
Subſcribere,fauere propriè in cauſis agendis,unde & ſubſcriptores fautores.lib.1.cap.2.Col.
Subſcudes,appellantur tabellæ,quibus tabulæ inter ſe con figuntur,quia quo innituntur,ſuccīditur. Pacuuius, *Nec ulla ſubſcus cohibet compaginem.Cato.*
Subſtillum à ſtillando dictum:eſt autem ægritudo quando ſtillatim urina emittitur.cap.156.Cato.
Succidia,à ſuibus edendis dicta,ſuccidiũ, exponit Nonius *pro larido.lib.2.cap.4.Var.*
Suffitus,ſuffumigatus,à uerbo Suffio. lib.9.cap.14.Col.
Suffragines,nodi ſunt ſub crure. Suffraginoſa mula,cuius ſuffragines morbo uitiatæ ſunt.lib.6.cap.38.Col.
Suffriare,à ſub,& frio,hoc eſt paululum conterere.lib.12. cap.36.Col.
Suggeſtus uel ſuggeſtum,ut hic,à ſuggero fit,& eſt locus editior.lib.3.cap.5.Varro.
Suppuratio,eſt cum ulcus ad ſaniẽ tendit.lib.6.cap.9.Col.
Suſum pro ſurſum dicebant antiqui.lib.3.cap.20.Col.

T

Tages, is fuit, qui primus Hetruſcis *aruſpicij diſciplinam tradidit.*Col.*in* hort.lib.10.

*Taleæ, ſciſſiones ſunt lignorum & præſegmina. cap.*45. *Cato.*

*Tamaricum quoque frutex eſt.lib.*8.*cap.*15.Col.

Tamus, herba eſt minutis folijs & aculeata. Col. *in hort. lib.*10.

*Tarcon,*Hetruriæ *dux & aruſpex.*Col.*in* hort.*lib.*10.

Tardipedi ſacris,id eſt Vulcanalibus.Col.*in* hort.lib.10.

Tarentinæ,aues à Tarento,*de quibus plura in* Plautinis *quæſtionibus.lib.*7.*cap.*2.Col.

Porrum Tarentinum,*alio nomine ſectiuum dicitur. lib.*8. *cap.*11.Col.

*Tarentina nux,dicitur à mollicie corticis, eo quòd uix attrectata frangatur.lib.*13.*cap.*22.Col.

Tarteſſi litore. Tarteſiam *lactucam ſuam dicit,quòd* Co*lumellarum familia ex municipio Gaditano progenita erat.*Col.*in* hort.lib.10.

Tyrſos Tarteſiacos,*id eſt,lactucæ* Tarteſiacæ.Paphios,*id eſt,*Cypriæ.Colum.*in* hort.lib.10.

*Taxus,arbor eſt,ex qua fabricantur arcus.*Toxica *quoque inde ſudare dicuntur.*Col.*in* hort.lib.10.

*Tectorium,illinimentum, & quaſi pauimentum parietis atque incruſtatio.lib.*3.*cap.*1.Varro.

*Tectum pecus dicitur ad differentiã colonici:appellatum tectum,quòd operimentis tegeretur.lib.*7.*cap.*2.Col.

*Temporius,aduerbiũ deductum à tempori aduerbio,quod ſignificat opportune, & tempeſtiue.lib.*8.*cap.*4.Col.

*Teredo,uermis eſt,lignum terens atque exedens.lib.*4.*cap.* 24.*Colum.*

Termes,termitis,ramus de arbore reciſus lib.7.ca.6. Col. *nunc autem* Tamaris *legitur.*

Teſſeras appellat lapillorum fruſta quadrata. lib.1.cap. 9.Colum.

Thalli dicuntur in porris & cæpis medij ſtipites, ἀπὸ τοῦ θάλλειν *uireſcere.lib.11.cap.3.Colum.*

Thaſiæ uites,à Thaſo *inſula nominatæ. lib.13.ca.23.* Col.

Thaumantias Iris,*filia* Thaumantis.Col.*in hort.lib.3.*

θεατρίδιον,*diminutiuum,forma* Græca,*à theatro. libro 3. cap.5.Varro.*

θηριοτροφεῖον, *locus ubi feræ aluntur. lib.3.ca.13.Varro.*

Tholus,lignum, cui inhæret tectum templi. Græci *quidã exponunt domum eſſe rotundam.lib.3.cap.5.Varro.*

Thracius,à Thracia, *oſtium* Ponti,*per quod in* Propontida *influit* Pontus.*lib.2.cap.1.* Varro.

Tibe trado, pro tibi,& reſpicit ad morem currentiũ cum facibus in feſto Cereris: *quorum primus, cum ad locum ſtatutum ueniſſet,facem ſequenti dabat lib.3.cap.6.Var.*

Tibur,ciuitas haud longe ab Vrbe,*olim fertilis pomis.*Col. *in hort.lib.10.*

Tomacinæ, quæ apud alios tomacula, & canacæ, edulia ex carne porcina.lib.2.cap.4.Varro.

Tomices, Græco *nomine appellantur ex canabi impolito, & ſparto leuiter tortæ reſtes,ex quibus funes fiunt.*Palladi.*lib.1.cap.13.*

Tripedaneæ à menſura dicuntur:alij legunt crepidaneas, à crepida.lib.3.cap.2.Col.

Tribularium,à tribula fieri uidetur:eſt enim tribula inſtrumentum ad terenda frumenta.lib.1.cap.7.Col.

Triclinium,eſt conclaue, à tribus lectis ſternendis.libro 1. cap.17.Varro.

Trochleæ, ſiue trochalia, inſtrumenta cum orbiculis ad ſubleuanda,& deprimennda onera.cap.136.Cato.

Trulleū, uas quo manus perluūtur. Trulla tamen & trua uas quo è culina in latrinam aquā fundant.cap.10.Ca.

Truſatiles molæ, alio nomine manuariæ, quòd manibus trudantur.cap.10.Cato.

Tuberes, peregrina poma ex Africa in Italiam delata.Col. lib.11.cap.2.

Tubuli, fiſtulæ ſunt maiores fictiles.lib.1.cap.8.Varro.

Turiones, dicuntur teneritates ſummitatum arborum. uel arbuſtorum.lib.12.cap.49.Colum.

Turduli, populi Hiſpaniæ.lib.2.cap.10.Var.

Turdus, Merula, Varij, piſcium nomina.lib.8.cap.17. Col.

Turnilacus, locus ex conualli Aricina, ubi quondam fuit lacus Turni, inde ſubierunt lacutures caules. Colum.in hort.lib.10.

Turunda panificij genus.cap.157.Cato.

Tormina, à torquendo, morbus, quòd torqueat, unde Torminoſus.cap.26.Cato.

Tortiuum uinum nouiſſime expreſſum.cap.7.Cato.

V

Vacerra, ſtipes eſt, ad quem equos ſolent religare. lib.6.ca. 19.Colum.

Valetudinarium, locus in quo ægroti ſtant ut curentur. lib.12.cap.3.Colum.

Valuuli, folliculi ſunt leguminum.lib.6.ca.9.Col.

Vari dicuntur obtortis cruribus introrſum, ut putamus. nam in exteriorem partem obtorta crura habentes Vacij dicuntur.lib.2.cap.9.Varro.

Vegrandes, malegrandes, paruæ, & minutæ.lib.2.cap.2. Varro.

Veratrum,helleborus.cap.113.Cato.

Vergiliæ,ſtellæ ſunt,alio nomine Pleiades,li.9.ca.14.Col.

Veruactum, quaſi uere actum, & eſt quando uere primum agri proſcinduntur, ad differentiam reſtibilis dictum.lib.2.cap.4.Col.

Veſuuium,ſiue Veſuui, mons ardens in Campania. Col. in hort.lib.10.

Veterina animalia dicunt, quæ uehere quid poſſunt. lib. 1.cap.38.

Veterinarij,medici ſunt ueterinorum,hoc eſt animalium, quæ aliquid uehunt. hos nunc mareſcalos uocant: hinc & ueterinaria medicina.lib.6.cap.7.Col.

Veternum,morbus ex nimio ocio.lib.4.cap.14.Col.

Viduertas,calamitas dicitur, quòd bonis uiduet. cap.141. Cato.

Viere,eſt uincire,uel inflectere.lib.1.cap.64.Varro.

Vitibus albis, uite bionia,quæ dicitur ἄμπελος λευκή. Col. in hort.lib.10.

Viuiradices dicuntur ſurculi cum radicibus, ad differentiam malleoli,& talearum.lib.3.cap.13.Col.

Vlpicum,genus allij, quod alio nomine dicitur allium Libycum.cap.70.

Vrinare eſt mergi:inde urinatores, qui ſub aqua natant. lib.8.cap.14.Col.

Vulturnus,uentus, qui & Græce εὖροι, & flat ab oriente brumali.lib.12.Col.

Χηνοβοσκεῖον,locus ad paſcendos anſeres.lib.3.ca.10. Var.

Ziziphum,arbor eſt, non pridem in Italia nota: ex Syria enim ad nos uenit, puto id eſſe,quod Zizapha creat.lib. 9.cap.7.Col.

FINIS.

Præcidanea, à præcidendo, quemadmodum ſuccidanea à ſuccidendo, & erat hoſtia pro frugibus. cap. 149. *Cato.*

Præliganeum uinum, à prælegendo. cap. 23. *Cato.*

Precia quæ cito matureſcit, quaſi præcoqua. libro 13. *Columel.*

Poſt principia, locus in caſtris à principibus militibus dictus. lib. 3. *cap.* 4.

Procyon, ſtella, quæ Antecanis dicitur Latinè. Col. lib. 11. *cap.* 2.

Prodromi Aquilones appellantur, qui octo ferme diebus exortum Caniculæ præcedunt. Col. lib. 11. *cap.* 2.

Promus, à promendo dicitur, & eſt, qui uictum familiæ promit. lib. 11. *cap.* 3. *Col.*

Protocomos, primum comantes: alij prototomos legunt, id eſt, primæ ſectionis. Col.

Prouincia dicebatur extra Italiam, & ideo legimus uineas Prouinciales, & Italicas. lib. 4. *cap.* 1. *Col.*

Ptiſana, uidetur eſſe pultis genus ex farina ordeacea. lib. 2. *cap.* 7. *Col.*

Pſitiæ, etiam uites ſunt. lib. 13. *Col.*

Pullationem, idem putamus, quod pullicium, hoc eſt, fœturam pullorum. lib. 8. *cap.* 4. *Col.*

Pulex, uermiculus herbis infeſtus, & præcipuè braſſicis. Col. in hort. lib. 10. *Varro.*

Pullicium, à pullis deriuatur, & eſt fœtura pullorum. lib. 3. *Varro.*

Pumiles, & pumiliones, in hominibus dicuntur, Græcè quoque gallinæ dicuntur pumiles, νᾶνοι. libro 8. *cap.* 2. *Colum.*

Putearius, poſſeſſiuum, à puteo. Varro.

Q

Querquedulæ, phalagrides aquaticæ aues. libro 3. cap. 11.Varro.

Quinquatria, dies Mineruæ ſacer.Col.lib.11.cap.2.

R

Radula, inſtrumentum ferreum à radendo. lib. 12. cap. 18.Colum.

Ramentum, à radendo dicitur, id eſt, quod de raſo ligno, uel alia re decidit.lib.4.cap.18.Col.

Rapina, à rapo ſimiliter & rapitium.cap.35.Cato.

Rapiſtrum, diminutiuum à rapo.lib.9.cap.4.Col.

Raui coloris appellantur, qui ſint inter flauos & cæſios. lib.2.cap.2.Varro.

Recipere, eſt excipere ad uſum ſuum, & reſeruare: inde recipitur domino, id eſt, reſeruatur domino.ca.140.Ca.

Referre acceptum, eſt fateri ſe ab alio accepiſſe.lib.1. cap. 2.Varro.

Reijculæ oues, quæ ætate uel morbo graues reijciantur. cap.2.Cato.

Repaſtinari ager is dicitur, cuius natura fodiendo mutatur.de origine & ſignificato plura Col. Varro.

Reſoluit nexus, id eſt, peperit, & enixa eſt. Col.in hort. lib.10.

Retorridum dicitur, quod intempeſtiuè amiſſis uiribus à ſole torretur.lib.3.cap.18.Col.

Retrimentum, à reterendo uidetur deduci. Plinius recrementum dicit.lib.1.cap.64.Varro.

Rhetica, à Rhetis populis Alpium.lib.13.Col.

Rhynton, Tarentinus nugator uiliſſimus in agendis præcipuè fabulis, ad quem alludunt tam Varro quàm Col. apud quos modo legitur mythou, modo rhynton. lib.

3.cap.3.Varro.

Ricinus uermis eſt exitum non habens, canes acrius infeſtans atque boues.lib.2.cap.9.Varro.

Ricinus genus cucumeris rotundi,à uerme, nam oblongus: cylindro non eſt abſimilis.Col.in hort.lib.10.

Riphæi,montes Septentrionales.Col.in hort.lib.10.

Robigo,deus,quem putabant rubiginem auertere: eſt autem Rubigo morbus ſegetum.lib.1.cap.1.Var.

Robuſtus,à robore.Cato.

Rododaphnes,roſa laurina, quam Nereum uocant. Pall.

Romanenſis ſal,qui Romæ uenditur.cap.156.Cat.

Roſea,campus appellatur in agro Reatino,quòd in eo arua rore humida ſemper ſerantur.lib.1.cap.7.Var.

Rubeliæ Nomentanæ, dicuntur à rubente materia.lib.13. Columella.

Rudetum,terra quæ prius rudis fuerat & inculta,tum autem arata.cap.34.Cato.

Rufrimateriæ & Pompeij ſunt oppida Campaniæ. cap. 22.Cato.

Ruſcus,herba eſt aſpera,& horrida.Col.in hort.lib.10.

Ruſtica uinalia quartodecimo Calend. Septemb. celebrabantur, quo die primum uinum in urbem deferebant. lib.1.cap.1.

Ruſticæ , gallinæ ſunt agreſtes, roſtro longiore, quæ per diminutionem ruſticulæ quoque appellantur. lib.8.cap. 2. Colum.

Rutabulum,dictum à proruendo.lib.11.Col.

S

Sabelli,populi à Sabinis orti,qui incolũt montes qui ſunt inter Sabinos & Marſos.Col.in hort.lib.10.

Sabæũ,arabicum:nam in Arabia fælici odoramenta pre-

cioſa naſcuntur, ut balſamus, caſia, thus. Colu. in hort. lib. 10.

Sacer mons, eſt (ut opinamur) ſacrum promontorium, quod modo appellant caput ſancti Vincentij. libro 2. cap. 1. Varro.

Salaria uia, dicta quoniam ex illa ſal in Sabinos portari conſueuerat. lib. 3. cap. 1. Varro.

Salentini, populi Calabriæ. lib. 2. cap. 10. Varro.

Salgama appellabantur à priſcis, quæcunque conditanea ad uictum noſtrum in uaſis ſeruabantur. Colum. in hort. lib. 10.

Salire proprie dicuntur animalia ratione carentia, quando fœtum mares ineunt. Ab eo fit ſalior: unde Læta ſalitur ouis. Et ſalax eſt nomen, id eſt, in coitu fortis & creber. lib. 7. cap. 7. Varro.

Sampſucus, herba quam nũc appellant maioranam alióque nomine amaracus dicitur. Colu. in hort. lib. 10.

Sanſam, Gregorius Tifernus, utriuſque linguæ interpres, quod Strabo Græce dici σίτυρα ſalſam interpretatur, ſignificátque Græce os oliuæ. lib. 12. cap. 49. Col.

Herba ſantonica, genus eſt abſynthij amariſſimi, dicta à Santonibus Galliæ populis. lib. 6. cap. 24. Col.

Sarranæ, uiolæ purpureæ: unde ſarranum oſtrum. lib. 5. cap. 4. Col.

Satureia, thymus, & thymbræ, herbæ ſunt. Colu. in hort. lib. 10.

Scapus, eſt fruticibus & ijs herbis, quæ per hiemem non demoriuntur. lib. 9. cap. 4. Col.

Scarificatio, eſt quando tenui uulnere ſanguis emittitur. lib. 6. cap. 12. Col.

Scarus piſcis, qui ſolus piſciũ dicitur ruminare, herbíſque

cc. iiij.

ueſci.lib.3.Varro.

Scandulæ fiunt ex robore,abiete,etiam picea,fiſſis,uel aſſulatim deſectis.lib.8.cap.3.Col.

Schœnus,arbor lentiſci.cap.105.Cato.

Scylla,genus eſt bulbi.Col.in hort.10.

Scylla,cæpæ eſt genus.lib.13.cap.23.Col.

Scipio,baculum ſignificat.lib.11.cap.39.Col.

Scirpiculas falces,à ſcirpendo,id eſt,ligando:nam his utuntur in uinea liganda.cap.11.Cato.

Scobem dicimus, quod per terebram, & ſerram in perforandis rebus teritur,atque educitur.lib.4.cap.28.Col.

Scopula,diminutiuum à ſcopa.lib.11.cap.18.Col.

Sculponeas, calceos putamus ex lana confectos. cap. 59. Cato.

Scutriſcum,uaſis genus,& uidetur ex figura Græca deriuari à ſcutria.cap.11.Cato.

Scutulas,ſcutis intertextas, quod opus à Gallis eſt inſtitutum primo.Pal.lib.1.cap.9.

Sebetis nympha,Sebetos fons eſt Neapoli,cuius aqua uicatim decurrens, omnes ferè uſus Neapolitanis præſtat. Col.in hort.lib.10.

Sectarius, porcus qui gregem præcedens ducit. cap. 150. Cato.

Secto,ſectiuo.Col.in hort.lib.10.

Sectores,dicti ſunt,qui ſpe lucri ſui ſecuti,bona condemnatorum auctionabantur, próque his pecuniam penſitabant ſingulis.Sectio uero ipſa auctio.lib.3.cap.2.Varro.

Sedentaria opera,quæ ab artificibus ſedendo fiunt. lib.1. cap.12.Col.

Sedum,alij ſadum,alij ſeſſuuium uocant,herba eſt in tegulis naſcens.lib.11.cap.8.Col.

Sedum herba eſt, quam anagorum alio nomine uocant. lib.2.cap.21.Col.

Sementinæ feriæ, à ſemente, quòd ſationis cauſa ſuſceptæ. lib.1.cap.2.Varro.

Seminio, pro ſemine.lib.2.cap.1.Varro.

Septimuntialis ſatio, dicta à ſacrificio ſeptimuntialiorum, quod fiebat in ſeptem locis urbis Romæ: nominatæ ſeptimuntium à ſeptem montibus, in queis Roma ſita eſt. lib.2.cap.10.Col.

Serra campanica, herba eſt, quam millilotum dicimus. ca. 10.Cato.

Serum, aqua lactis.Col.in hort.lib.10.

Seſquiculeare uas, quod continet culleum, & dimidium alterius.lib.12.cap.18.Col.

Seſquilibra, libra una cum dimidio alterius. lib.12.cap.11. Columel.

Seſquimenſis, dicitur menſis unus cum dimidia parte alterius: hoc eſt octaua pars.lib.1.cap.27.Varro.

Seſquipedes, pes unus cum dimidio alterius.ca.46.Cato.

Seſtiana mala, à Seſtio nomen acceperunt. lib.12. cap.44. Columel.

Sybaris, ciuitas Calabriæ.lib.1.cap.7.Varro.

Sicilire, eſt ea ſecare quæ fœniſecæ præterierunt. libro 2. cap.22.Col.

Signia, urbs Campaniæ.Col.in hort.lib.10.

Signinum opus, ut diximus, fiebat calce addita confractis teſtis.lib.8.cap.17.Col.

Silenti luna, coeunte luna, hoc eſt interlunio.cap.29. Cato.

Siler, fluuius iuxta prædicta oppida.Col.in hort.lib.10.

Similago, & ſimila, ſunt deliciæ farinæ triticeæ.Cato.

Simus, qui preſſis naribus: inde Reſimi, qui ſurſum uerſus

reſimas gerunt.lib.6.cap.1.Col.

Siphones,*fiſtulæ,quibus aquas,uel aliud liquidum interueniente ſpiritu attrahimus, atque emittimus. lib.3.cap.* 10.*Col.*

Sirpiculum,*caniſtrum ex ſirpis confectum.* Colu.*in hort.* *lib.*10.

Sirpus,*iuncus eſt.lib.8.cap.15.Colum.*

Siſer,*herba,cuius radicem olim nobilitauit* Tyberius Cæ*ſar.flagitans eam omnibus annis à* Germania.*Colu.in hort.lib.*10.

Solea,*quæ ſolo pedis ſubijcitur.lib.6.cap.13.Col.*

Solea,*rombus,& paſſer,piſces plani.lib.8.cap.15.Col.*

Solitaurilia, *hoſtiarū trium diuerſi generis immolationem ſignificant,hoc eſt tauri,arietis,uerris.cap.141.Cato.*

Solium *& labrum , uaſa quibus in balneo utuntur.cap.* 10.*Cato.*

Spartæ,*à ſparto.*Eſt *enim* Spartum *herba* Hiberica.*Latini quidam geniſtam interpretantur.cap.11.Cato.*

Sphæricum,*à ſphæra,id eſt,rotunditate.Cato.*

Spira, *dicitur baſis columnæ unius tori, & genus operis piſtorij,& funis nauticus,in orbem conuolutus. cap.77. Cato.*

Stabiæ,*uetus* Campaniæ *oppidum.Col.in hort.lib.*10.

Staphylinus,*paſtinaca eſt agreſtis, & erratica.* Colum.*in hort.lib.*10.

Statumina,*à ſtatu arborum ducuntur, prout creſcēdo ſtatum accipiunt rami.lib.4.cap.2.Col.*

Stellio,*genus eſt ſtellati lacerti.lib.9.cap.7.Col.*

Stephanitis *à coronario naturæ luxu folijs acinos intercurſantibus.lib.3.cap.2.Col.*

Stramenta *à ſternendo.Cato.*

Stranguria, difficultas urinæ, quando guttatim micturiunt.cap.127.Cato.
Strepitus, quòd cum ſole circumagatur.lib.13.Col.
Strigæ appellantur ordines rerum intra ſe continuatè collocatarum, à ſtringendo dictæ.lib.2.cap.19.Col.
Strigoſum dicitur iumentum, cuius corpus fame aut alia uitij cauſa ſtringitur: nam ſtrigoſus quaſi ſtringoſus, à ſtringendo.lib.6.cap.37.Col.
Stringere, decerpere, & colligere: inde ſtrictiuæ oliuæ, quæ manu leguntur ad differentiam caducarum.ca.66.Cat.
Strues, dicebantur extructiones rerum, & propriè in ſacrificijs.cap.134.Cato.
Sublinat, pinguat.cap.15.Cato.
Subſcribere, fauere propriè in cauſis agendis, unde & ſubſcriptores fautores.lib.1.cap.2.Col.
Subſcudes, appellantur tabellæ, quibus tabulæ inter ſe configuntur, quia quo innituntur, ſucciditur. Pacuuius, Nec ulla ſubſcus cohibet compaginem.Cato.
Subſtillum à ſtillando dictum: eſt autem ægritudo quando ſtillatim urina emittitur.cap.156.Cato.
Succidia, à ſuibus edendis dicta, ſuccidiũ, exponit Nonius pro larido.lib.2.cap.4.Var.
Suffitus, ſuffumigatus, à uerbo Suffio. lib.9.cap.14.Col.
Suffragines, nodi ſunt ſub crure. Suffraginoſa mula, cuius ſuffragines morbo uitiatæ ſunt.lib.6.cap.38.Col.
Suffriare, à ſub, & frio, hoc eſt paululum conterere.lib.12.cap.36.Col.
Suggeſtus uel ſuggeſtum, ut hic, à ſuggero fit, & eſt locus editior.lib.3.cap.5.Varro.
Suppuratio, eſt cum ulcus ad ſaniẽ tendit.lib.6.cap.9.Col.
Suſum pro ſurſum dicebant antiqui.lib.3.cap.20.Col.

T

Tages, is fuit, qui primus Hetruſcis *aruſpicij diſciplinam tradidit.*Col.*in hort.lib.*10.

*Taleæ, ſciſſiones ſunt lignorum & præſegmina. cap.*45. *Cato.*

*Tamaricum quoque frutex eſt.lib.*8.*cap.*15.Col.

*Tamus, herba eſt minutis folijs & aculeata.*Col. *in hort. lib.*10.

*Tarcon,*Hetruriæ *dux & aruſpex.*Col.*in hort.lib.*10.

Tardipedi ſacris,id eſt Vulcanalibus.Col.*in hort.lib.*10.

Tarentinæ,aues à Tarento,*de quibus plura in* Plautinis *quæſtionibus.lib.*7.*cap.*2.Col.

Porrum Tarentinum,*alio nomine ſectiuum dicitur. lib.*8. *cap.*11.Col.

*Tarentina nux,dicitur à mollicie corticis, eo quòd uix attrectata frangatur.lib.*13.*cap.*22.Col.

Tarteſſi litore. Tarteſiam *lactucam ſuam dicit,quòd* Columellarum *famulia ex municipio* Gaditano *progenita erat.*Col.*in hort.lib.*10.

Tyrſos Tarteſiacos,*id eſt,lactucæ* Tarteſiacæ.Paphios,*id eſt,*Cypriæ.Colum.*in hort.lib.*10.

*Taxus,arbor eſt,ex qua fabricantur arcus.*Toxica *quoque inde ſudare dicuntur.*Col.*in hort.lib.*10.

*Tectorium,illinimentum, & quaſi pauimentum parietis atque incruſtatio.lib.*3.*cap.*1.Varro.

*Tectum pecus dicitur ad differentiã colonici:appellatum tectum,quòd operimentis tegeretur.lib.*7.*cap.*2.Col.

*Temporius,aduerbiũ deductum à tempori aduerbio,quod ſignificat opportune, & tempeſtiue.lib.*8.*cap.*4.Col.

*Teredo,uermis eſt,lignum terens atque exedens.lib.*4.*cap.* 24.*Colum.*

Termes,termitis,ramus de arbore reciſus.lib.7.ca.6. Col. *nunc autem* Tamaris *legitur.*

Teſſeras appellat lapillorum fruſta quadrata. lib.1.cap. 9.Colum.

Thalli dicuntur in porris & cæpis medij ſtipites, ἀπὸ τοῦ θάλλειν *uireſcere.lib.11.cap.3.*Colum.

Thaſiæ uites,à Thaſo *inſula nominatæ. lib.13.ca.23.* Col.

Thaumantias Iris,*filia* Thaumantis.Col.*in hort.lib.3.*

θεατρίδιον,*diminutiuum,forma* Græca,*à theatro. libro 3. cap.5.*Varro.

θηριοτροφεῖον, *locus ubi feræ aluntur. lib.3.ca.13.*Varro.

Tholus,lignum, cui inhæret tectum templi. Græci *quidã exponunt domum eſſe rotundam.lib.3.cap.5.*Varro.

Thracius,à Thracia, *oſtium* Ponti,*per quod in* Propontida *influit* Pontus.*lib.2.cap.1.* Varro.

Tibe trado, pro tibi,& reſpicit ad morem currentiũ cum facibus in feſto Cereris: *quorum primus, cum ad locum ſtatutum ueniſſet,facem ſequenti dabat lib.3.cap.6.*Var.

Tibur,ciuitas haud longe ab Vrbe,*olim fertilis pomis.*Col. *in hort.lib.*10.

*Tomacinæ, quæ apud alios tomacula, & canacæ, edulia ex carne porcina.lib.2.cap.4.*Varro.

Tomices, Græco *nomine appellantur ex canabi impolito, & ſparto leuiter tortæ reſtes,ex quibus funes fiunt.*Pallad.*lib.1.cap.13.*

*Tripedaneæ à menſura dicuntur:alij legunt crepidaneas, à crepida.lib.3.cap.2.*Col.

*Tribularium,à tribula fieri uidetur:eſt enim tribula inſtrumentum ad terenda frumenta.lib.1.cap.7.*Col.

*Triclinium,eſt conclaue, à tribus lectis ſternendis.libro 1. cap.17.*Varro.

Trochleæ, ſiue trochalia, inſtrumenta cum orbiculis ad ſubleuanda, & deprimennda onera. cap. 136. Cato.
Trulleũ, uas quo manus perluũtur. Trulla tamen & trua uas quo è culina in latrinam aquã fundant. cap. 10. Ca.
Truſatiles molæ, alio nomine manuariæ, quòd manibus trudantur. cap. 10. Cato.
Tuberes, peregrina poma ex Africa in Italiam delata. Col. lib. 11. cap. 2.
Tubuli, fiſtulæ ſunt maiores fictiles. lib. 1. cap. 8. Varro.
Turiones, dicuntur teneritates ſummitatum arborum. uel arbuſtorum. lib. 12. cap. 49. Colum.
Turduli, populi Hiſpaniæ. lib. 2. cap. 10. Var.
Turdus, Merula, Varij, piſcium nomina. lib. 8. cap. 17. Col.
Turnilacus, locus ex conualli Aricina, ubi quondam fuit lacus Turni, inde ſubierunt lactures caules. Colum. in hort. lib. 10.
Turunda panificij genus. cap. 157. Cato.
Tormina, à torquendo, morbus, quòd torqueat, unde Torminoſus. cap. 26. Cato.
Tortiuum uinum nouiſſime expreſſum. cap. 7. Cato.

V

Vacerra, ſtipes eſt, ad quem equos ſolent religare. lib. 6. ca. 19. Colum.
Valetudinarium, locus in quo ægroti ſtant ut curentur. lib. 12. cap. 3. Colum.
Valuuli, folliculi ſunt leguminum. lib. 6. ca. 9. Col.
Vari dicuntur obtortis cruribus introrſum, ut putamus. nam in exteriorem partem obtorta crura habentes Vacij dicuntur. lib. 2. cap. 9. Varro.
Vegrandes, malegrandes, paruæ, & minutæ. lib. 2. cap. 2. Varro.

Veratrum, helleborus.cap.113.Cato.

Vergiliæ, ſtellæ ſunt, alio nomine Pleiades, li.9.ca.14.Col.

Vernactum, quaſi uere actum, & eſt quando uere primum agri proſcinduntur, ad differentiam reſtibilis dictum.lib.2.cap.4.Col.

Veſuuium, ſiue Veſuuiũ, mons ardens in Campania. Col. in hort.lib.10.

Veterina animalia dicunt, quæ uehere quid poſſunt. lib. 1.cap.38.

Veterinarij, medici ſunt ueterinorum, hoc eſt animalium, quæ aliquid uehunt. hos nunc mareſcalos uocant: hinc & ueterinaria medicina.lib.6.cap.7.Col.

Veternum, morbus ex nimio ocio.lib.4.cap.14.Col.

Viduertas, calamitas dicitur, quòd bonis uiduet. cap.141. Cato.

Viere, eſt uincire, uel inflectere.lib.1.cap.64.Varro.

Vitibus albis, uite bionia, quæ dicitur ἄμπελος λευκή. Col. in hort.lib.10.

Viuiradices dicuntur ſurculi cum radicibus, ad differentiam malleoli, & talearum.lib.3 cap.13.Col.

Vlpicum, genus allij, quod alio nomine dicitur allium Libycum.cap.70.

Vrinare eſt mergi: unde urinatores, qui ſub aqua natant. lib.8.cap.14.Col.

Vulturnus, uentus, qui & Græce εὖρος, & flat ab oriente brumali.lib.12.Col.

Χηνοβοσκεῖον, locus ad paſcendos anſeres.lib.3.ca.10. Var.

Ziziphum, arbor eſt, non pridem in Italia nota: ex Syria enim ad nos uenit, puto id eſſe, quod Zizapha creat.lib. 9.cap.7.Col.

FINIS.

ENARRATIONES PHILIPPI BEROALDI IN XIII COLVMELLAE LIBROS, SERIE LITERARIA DIGESTAE SEQVVNTVR.

A

A

ABLAQVEARE *incipito)ablaqueare circunfodere eſt:*Itali *excodicare appellant,ut docet* Palladius:*id eſt,circa uitis codicem dolabra terram diligenter aperire,& purgatis omnibus uelut lacus efficere,ut ſolis teporibus,& imbribus prouocentur.* Itaque *à lacubus deductum uerbum eſt ablaqueare: hinc ablaqueatio: hinc ablaqueatæ uites, uineæque dicuntur. lib. de arb.ca.5.*Col.

Achrades*)ut* Græci *dicunt,*ἄχρας εἶδός ἐστιν ἀπίου, *id eſt, achras ſpecies eſt pyri, cuius meminit* Ariſtophanes. Olim Traſibulus *(quod annotatu dignũ eſt) cum deberet contradicere* Lacedæmoniis *legatis , muneribus corruptus ſimulauit ſe comediſſe achradas, hoc eſt,pyra ſylueſtria, & ob id loqui non poſſe.lib.7.cap.9.*

Acorem)Acidum *ſaporem.*Lex *uino uendendo eſt,ne aceat,ne muceat,apud* Catonem.

Acus)Purgamenta *frugum acus uocantur, ex quo genere eſt & apluda.*Plinius:*Milij, & panici, & ſiſamæ, apludam uocãt purgamenta.* Gellius *tamen apludam interpretatur eſſe frumenti furfurem,furfureúmque panem.* M. Varro *præcipit gallinæ parturienti in cubilibus acus eſſe ſubſternendum.lib.3.cap.9.*

Adminiculato) Adminiculis fulcito, adiuuatóq; qualia ſunt pedamenta, & arbores ad uitem adminiculandam fulciendámque. M. Tullius uſus eſt in ſtudijs literarum Tirone adminiculatore, hoc eſt adiutore, auxiliatoréque. Colum. lib. 4. cap. 26.

Admiſſarijs) Admiſſarij dicuntur mariti equarũ, qui admittuntur ad coitum, unde & admiſſura dicta: Admiſſarium periphraſi poetica decenter expreſſit Virgilius, ſcribens: Quem legêre ducem, & pecori dixêre maritum. Colu. lib. 6. cap. 28.

AEſtuoſiſſimum) AEſtuoſa dicuntur animalia, quæ calore, & æſtu infeſtantur, ſicut alſioſa, quæ frigore uexãtur. lib. 7. cap. 10. Col.

Affatim) Largè, abundanter, copioſè, media correpta pronunciandum. Iungitur frequenter, & eleganter cum genitiuo, ut affatim lignorum eſt, affatim nummorum, affatim hominum. lib. 6. cap. 3. Colu.

Africus) nomen eſt uenti, qui Græcè λὶψ, aduerſus Aquilonem flat. De quo Plinius, Gellius, Seneca, & cæteri. De quo ait & Poeta, -crebérque procellis Africus. lib. 11. cap. 2. Columel.

Allectores) id eſt, conciliatores, conſolatoréſque, qui alliciant, oblecténtque captiuos turdos, mitigéntque mœſtitiam captiuitatis. lib. 8. cap. 10. Col.

Allecula) nomẽ eſt piſciculi, quem riualem uocat, quia in riuis naſcitur: infra ait, Præberi conuenit tabẽtes alleculas: nam id genus piſces qui ſunt incrementi minuti, maiores alunt. lib 8. cap. 15.

Allucinantem) Somniculoſum, ſtupẽtem, incurioſum. Allucinari eſt errare, allucinatio, erratio. Cloatius docet lucum dici tarditatem quandam animi, & ſtuporem qui

dd. i.

*allucinantibus plerunque uſu uenit.*M.Cicero,*inquit,*Epi*curum in rebus naturalibus allucinari.lib.7.cap.3.*

Amariton) *legendum amethyſton.Nã merticula una cum à noſtris ita nominetur,quia temulentiã ſola non facit,merito à* Græcis *appellatur amethyſtos, hoc eſt, ſine ebrietate.* Plinius *elegãter inquit,quòd noſtri iuſtius hãc uuam ſobriam appellaſſent ,quam merticulam dicunt. lib.3.cap.2.*

Amineæ) Nomen *eſt uuarum generoſarũ, quas grãmatici tradunt,amineas dici,quaſi ſine minio,id eſt, rubore,tanquam album ſit id uinum.* Macrobius *uerò cenſet ab* Aminea *regione nominari:fuerũt enim* Aminei *populi ubi nunc* Falernum *eſt.* Pronuncianda *autem dictio hæc eſt, penultima correpta, quod ſatis liquet ex illo* Auſonij *uerſiculo,*Solus *qui* Chium *miſcet,&* Amineum.Illud Virgilianum *ex ſecundo* Georgicôn(Sunt *&* Amineæ *uites) ita legendum eſt, ne uerſus claudicet,* Sunt *etiam* Amineæ *uites,ut prima ſyllaba producatur,penultima corripiatur.lib.3.cap.2.*

Amphibion) *Animalia,quibus uictus eſt in aqua,et terra uocabulo Græco appellantur amphibia , de quibus* M.Varro *ſic ſcribit:*Tranſi *nunc in id genus quod nõ eſt ulla ulla ac terra contentum,ſed requirit piſcinas, quod uos philogræci uocatis amphibion.lib.8.cap.13.*

Apianæ) Plinius: Apianis *uuis apes dedere cognomen præcipuè earum auidæ.lib.3.cap.2.*

Anguinei *cucumeris*) *Cucumerem anguineũ multi eſſe arbitrantur cucumerem ſilueſtrem,qui erraticus uocatur,ex quo fit medicamentum,quod elaterium appellant, ſucco expreſſo ex ſemine,nec ullum ex medicamentis longiore æuo durat:annis ducentis ſeruatum eſſe autor eſt*

Theophraſtus.lib.8.cap.10.

Anſatum) habens anſas quibus continetur. non minus eleganter, quàm feſtiuiter Plautus appellat hominem anſatum, qui brachijs in ſpeciem anſarum deformatis glorioſus inambulat.lib.9.cap.15.

περὶ ἀντιπαθῶν) Opinor legendum eſſe, ἀντιπαθῶν, hoc eſt, de repugnantibus, diſcordantibúſque diſſidio quodam naturali, ac potentia. Plinius ex hac (ut coniectare licet) doctrina Democritica prodidit cuncta conſtare ex ſympathia, atque antipathia, hoc eſt, ex concordia rerum atque diſcordia. Nam ignes aquæ reſtingunt: aquam ſol deuorat: luna parit: ferrum ad ſe trahit Magnes: Adamas diſſidet cum Magnete intantum, ut iuxta poſitus ferrum non patiatur abſtrahi: aut ſi admotus magnes apprenderit, rapiat atque auferat: at ipſum Adamanta rumpit ſanguis hircinus recens, & calidus. Igitur Democritus per hanc antipathiam ſcripſit fœminam menſtrualem repugnare erucis uermiculis ut decidant emoriantúrque repente omnes: ſi ea ſolutis crinibus & nudo pede ter circumeat areolam, in qua erucæ olera infeſtāt: ſuper qua re Palladius ſic refert, Aliqui fœminam menſtruantem nuſquam cinctam, ſolutis capillis, nudis pedibus contra erucas, & cætera infeſtantia hortum faciunt circuire.lib.11.cap.3.

Apyrinum facit) Malum punicum appellant apyrinon, cui lignoſus nucleus abeſt, autor Plinius. Verum Seneca tradit apyrina dici, non quibus nulla ſit duritia, ſed quibus minima. De apyrinis ait Epigrammatarius:

Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramus,
De Nomentanis ſed damus arboribus.lib.de arb.cap.13.

Apothecas) Corrigendus eſt obiter publicus error ma-

le literatorum, apothecas dici tabernas officináſue exiſti mantium : ſed qui pure & munditer loquuntur, apothecarum nomine ſignificant quaſdam quaſi cellas uinarias, & ea propriè repoſitoria, quibus uina fumo uetuſteſcunt. Hinc illud *Plinianum, apothecas fuiſſe, & diffundi uina ſolita anno* DC. XXXIII *Vrbis apparet, indubitato* Opimiani *uini argumento.* Item *uinum ſi ſit fumo inueteratum inſaluberrimum eſt.* Mãgones *iſta in apothecis excogitauere.* Infrà *præcepit* Col. *apothecas his locis eſſe ſuperponendas, unde plerunque fumus exoritur, cum uina celerius uetuſteſcunt : quæ fumo quodã genere præcoquem maturitatem trahunt : id fumarium uocant.* Vitruuius *quoque meminit apothecarum, oſtendens eas faciendas magis eſſe ad fructus ſeruandos, quàm ad elegantiæ decorem.* Vlpianus *eleganter inquit, & ſcienter, uina etiã quæ in apothecis ſunt, non cedent.* Iul. Pollux *in* V I *onomaſtici docet* ἀποθῆκας οἴνου, *id eſt, apothecas uini dici uocabulis* Græcis οἰνῶνας καὶ πυθῶνας. *lib.* 1. *cap.* 6.

Appellando) Significãter *& propriè locutus eſt.* Nam *appellare dicitur creditor debitoré, quando ab eo repoſcit quod debetur.* Quintil. *Pauper eras, & à creditoribus appellabaris.* Item, *non debui tibi pecuniam, nunquam me appellaſti.* M. Tul. *in oratione pro* Quintio, *Eum tum impudenter appellare nolebas.* Ne *multis agam, ſic loquuntur qui pure, munditer* Latine *loquuntur. lib.* 1. *cap.* 7.

Arboridewm) Arborideus *ramus dicitur, qui alitur ut arboreſcat, hoc eſt, ut arbor fiat, & arborea magnitudine adoleſcat. lib.* 5. *cap.* 4.

Arbuſtus) Legendum *arbutus, nomen eſt arboris fraga gignentis, alio nomine unedonem appellant ex argumento unum tantum pomum eius edédi: duobus hoc no-*

minibus appellant Græci comaron & memecylon. Iuba autor eſt quinquagenûm cubitorum altitudine in Arabia eſſe arbutos.lib.7.cap.6.

Arbuſtum) Veteres rei ruſticæ ſcriptores arbuſtum peculiariter appellãt arbores uitibus maritatas: unde & arbuſtiuum uinum dictum, quod in arbuſto progignitur. Plinianum uerbũ eſt arbuſtare agros, quod ſignificat arbuſtum in agris facere, & arbores idoneas uitibus maritare, æuo teſte indicatur nobilia uina in arbuſtis gigni, & laudatioria in ſummis, uberiora in imis. Vites enim maximè gaudent arboribus, quia naturaliter in ſublime procedũt. Sicut territorium noſtrum penè totum arbuſtis conſitum mira pulchritudine, nec minori uuarũ largitate ſpectatur. lib. de arb. cap.1. Hinc arbuſtiua uitis, quæ ſcilicet in arbuſto ponitur, arboríque copulatur. lib.13.cap.16.

Arcturus) Sidus eſt quod autore Plauto uehemẽs eſt cũ oritur, cum occidit uehementius, de quo poeta: ſub ipſum Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. Autumat Plinius Arcturum occidere tertio Idus Auguſti, quo ferè tempore initium eſt autumni. lib.9.cap.14.

Arcuato) Laboranti icterico morbo. Arquatum morbum ueteres dixere, qui alio nomine regius uocatur, eò quòd arquus cœleſtis ei concolor ſit de uirore, Græci ἰκτερὸν uocant, & uulgo ictericam. Icterici homines ſũt aureoli coloris, & lutei, unde & aurigine appellant. Cornelius Celſus, Aequè notus eſt morbus quem interdũ arquatum, interdũ regium nominant. quem Hippocr. ait, ſi poſt VII diẽ febricitante ægro ſuperuenit, tutũ eſſe mollibus tantummodo præcordijs ſubſtantibus. Diocles ex toto, ſi poſt febrẽ oritur, etiam prodeſſe: ſi poſt hunc febris, occidere. Color autem eum morbum detegit, maximè oculo-

rum,in quibus quod album eſſe debet ſit luteũ. Cur autẽ regius morbus dicatur, docet Quintus Serenus ſcribens: Regius à uero ſignatus nomine morbus, Molliter hic quoniam celſa curatur in aula. Cõſimiliter Celſus tradit utẽdum eſſe in hoc morbo frigidis natationibus: lecto etiã & cõclaui cultiore, clauſo loco, ludis, laſciuia: per quæ mens exhilaretur, ob quæ regius, inquit, morbus dictus uidetur. Plinius memorat icteron auem uocari à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum, & auem mori. Eſt & gemma nomine icterias lucido colori ſimilis, ideóque exiſtimata ſalubris contra regios morbos. lib.7. cap.5.

Argitis) De hac ait poeta, Argitiſque minor cui non certauerit ulla, Aut tantum fluere, aut totidẽ durare per annos. Videtur argitis nuncupari à candore. ἀργὸς enim albus dicitur. lib.3. cap.2.

Arũdo caſtratur) Plinius: Reficitur ex ſeſe uetere arũdineto extirpato, quod utilius repertum quàm caſtrare, ſicut antea. Inſpice quid ſit caſtrare animal, & id transferto ad arundinem & plantas. lib.4. cap.32.

Aſphaltion) Græce ἄσφαλτος dicitur bitumen, unde aſphaltites lacus dictus, quaſi bituminalis. lib.6. cap.16.

In aſſem) In totum, & in totam ſummam: nomine enim aſſis totum ſignificatur, ſicut & hæreditas plena, & ſolida nomine aſſis continetur apud Iuriſcon. & oratores. Sidonius Apollinaris frequens eſt in hac locutione, ut dicat ex aſſe turbatus: id eſt, ex toto penitúſque turbatus. Item neminem ipſorum nos docet ex aſſe damnabilẽ pronunciare dum uiuit. Item ex aſſe uegetus: id eſt, totus uegetus. lib.3. cap.3.

Atinia) Plinius de ulmo ſcribẽs ſic refert: Græci duo eius genera nouere. Montoſam, quæ ſit amplior. Campe-

ſtrem, quæ fruticoſa. Italia Atinias uocat excelſiſſimas, & ex his Sicanas illis præfert, quæ non riguæ. alterum genus Gallicas. tertium noſtrates denſiore folio, & ab eodem pediculo numeroſiore: & quartum ſyluestre, inter quæ Atiniæ non ferunt ſamarā. Ita uocatur ulmi ſemen, omnéſque è radicum plantis proueniunt, reliquæ ſemine. Hactenus Plinius: qui ſemen ulmi uocat ſamaram, que amera uocatur à Columella, proinde aut hic, aut illic dictio corrigenda, ne ſit diſſidium inter duos ſcriptores, quorum alter ex altero non pauca exſcribit. lib. 5. cap. 34.

Atrienſibus) *Atrienſes erant ſerui honoratiores in magnis domibus, qualis eſt apud Plautum in Aſinaria atrienſis Saurea. M. Tullius in Paradoxis: Atque in magna familia ſtultorum ſunt alij lautiores, ut ſibi uidentur, ſerui, ſed tamen ſerui atrienſes. lib. 12. cap. 3.*

Mel Atticum) *Antiqui mel hybleum quod eſt Siculum, & hymettium quod eſt Atticum, præconio bonitatis extollunt. Galenus in Medicamentis maxime probat mel Atticum tanquam precioſiſſimum. lib. 12. cap. 38.*

Auiaria) *Auium receptacula, & gallinaria. Auiarius dicitur paſtor auium & cuſtos, quem uulgo gallinarium uocant. Virgilius auiaria ponit pro nemoribus, quæ ab auibus frequentantur: ſic enim inquit in Georgicis, Inculta rubent auiaria baccis. lib. 8. cap. 2.*

Auitus color) *Ab auo auitus dictus. Nam in mulis progenerandis non ſolum color patris, ſed etiam aui eſt ſpectandus. lib. 6. cap. 36.*

B

Decem bambatæ) *Lego bambatas, uel bammatas, hoc eſt, ſcyllas decem liquefactas, redactáſque ad intinctum, uel ſalſuram, quod Græca uoce dicitur βάμμα. lib. 12. cap. 24.*

dd. iiij.

Bidentibus) *ferramentis ruſticis. Satyrographus, Viue bidentis amans, & culti uillicus horti. lib. 4. cap. 5.*

Bigemmis) *Duarum gemmarum, ſicut trigemmis trium gemmarum, id eſt, oculorum. ſic enim in arboribus, & uitibus nominantur: unde & gemmare, & gemmaſcere dictæ ſunt. lib. 5. cap. 5.*

Bipalio) *Genus eſt ruſtici ferramenti ad fodiendum accommodati, cuius crebra mentio eſt apud ſcriptores rerum ruſticarum. lib. 3. cap. 13.*

Branchiam) *Piſcium alij branchias multiplices habent, alij ſimplices, alij duplices: his aquam acceptam ore remittunt: ſuper qua re ſic ſcribit* Ambroſius *in* Hexame. *Piſces branchias habent, quas nunc plicant, & colligunt, nunc explicant, atque aperiunt: in hac ergo collectione, & apertione dum ſuſcipitur aqua & tranſmittitur, ac penetrat, reſpirationis munus uidentur implere. lib. 8. cap. 17.*

Briſam) *Videtur briſa poni pro uinaceis. Nam* Plinius *hoc idem memorans de paſſo conficiendo ſic infit,* Quidã *ex quacunque uua dulci dum percocta illa faciunt ſiccantes ſole, donec paulò amplius dimidium pondus ſuperſit, tuſáſque leuiter uuas exprimunt, deinde quantum expreſſere adijciunt uinaceis aquæ puteanæ, ut & ſecundarium paſſum faciant: diligentiores eodem modo ſiccatis acinos eximunt, ac ſine ſarmentis madefactos uino excellenti, donec intumeſcant exprimunt: & hoc genus ante cætera laudant. Diſpice an ex hac briſa deduci commodè poſſit* Briſeus, *propter illud* Perſianum: *Eſt nunc briſſei quem uenoſus liber* Acci. *Quo in loco interpretes multi multa comminiſcuntur, pauci pauca bene. Nihil decerno ut dogmatiſtes, ſed opinor ut opinator. Scio apud* Macrobium *cognominari* Bacchũ *briſea. Quidam autumant* Briſſam *unam*

tunc dici, cum pedibus calcatur ad uinum exprimendum. lib.12.cap.39.

Picis brutiæ) Plinius, Pix in Italia ad uaſa uino condendo maxime probatur brutia. lib.12.cap.13.

Eucolos) Nouellos boues, & tyrunculos. Græci βυκόλον uocant bubulcum, & βυκόλιον armentum boum. libro 6. cap.2.

Bulbos radicis) Cornelius Celſus in bulbis numerat allium, & cæpam: Plinius diſcriminat docens quo modo ſerendi ſint. Megaricos bulbos laudat Cato. A poetis optimo epitheto ſalaces nominantur: quoniam ſtimulãt uenerem. Verùm de hiſce bulbis nihil ad rem præſentem: ſunt præterea bulbi in radicibus arũdinum, liliorum, aliarúmque plantarum ſimilitudine dicti. Hinc Plinius ſcribit radicem lilij unam ſæpe bulbos quinquagenos emittere. Item ſcribens de aſphodelo herba ſic refert, Radix eius napis medicis ſimilis eſt, neque alia numeroſior octoginta ſimul aceruatis ſæpe bulbis. & mox radicem: id eſt, bulbos interpretatur. Idem Plinius ſcribens & ipſe de arundine, enarrat quid ſit apud Columellam bulbus in radice arundinis. Plinij uerba ſunt hæc: Seritur arundo bulbo radicis, quam alij oculum appellant, dodrantali ſcrobe. ab eodem Plinio bulboſæ, & bulbaceæ radices appellantur, in quibus bulbi tales conſpiciuntur, quales in radicibus arundinum. lib.4.cap.32.

C

Caducam oliuam) Eſt oliua ſtrictiua, quæ manu legitur. eſt caduca, quæ cadit, & pertica ſiue arundine decutitur. laudabilior eſt quæ manu ſtricta colligitur. lib.12.cap.49.

Cæpina) id eſt, cæpa, ſatióque cæparum, eo inclinamento cæpina dicta, quo rapina pro ſatione raparũ. lib.11.cap.3.

Ceſale) Vocabulum id infrequens apud ſcriptores: ſignificatque locum ubi purgamus uentrem. M. Varro decenter nominauit ſellam familiarem. lib.2. cap.15.

Calami pondo) Conſimiliter Cato inquit, ſchœnum & calamum in pila contundito. Calamum intelligit odoratum, qui naſcitur in Arabia. Calamo odorato precium in libras unius aſſis. Plinius in compoſitione unguentorum commiſcet calamum. Plautus in Perſa: Bene ut in ſtrutheis concaleat, calamum miſce. lib.12. cap.21.

Calculo) Ratiocinio. Itidē Iuuenalis: -ponatur calculus, adſint Cū tabula pueri. Inde calculator dictus ratiocinator. Infrà quoque ait: hic calculus quem poſuimus. libro 3. cap.3.

Calda) Caldum ueteres dicebant, nos calidum, quod & Quintilianus annotauit. Martial. Iam defeciſſet portantes calda miniſtros. Caldor pro calore ponitur. lib.6. cap.29.

Caſtaneta caluescunt) Ex caluitio hominis cognoſces quomodo caſtaneæ uineæque calueſcant. Nam ſicut in capite hominis calui uel nullus uel rarus eſt capillus, ita caſtaneta calueſcere dicuntur, quando raræ ſunt arbores caſtanearum, & ſine ſtirpibus ſine fructibus loca nudata conſpiciuntur. Hæc inter ſe opponuntur, caluata, & frequentia, ut pro raro & infrequenti caluum accipias. lib.4. cap.33.

Quis cuſtos incorruptior?) Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere, præliantes contra reſiſtentes. Propter bella Colophonij, Caſtabaléſéſque cohortes canum habuere, & primæ dimicabant in acie, nunquam detrectantes: hæc erant fideliſſima auxilia, nec ſtipendiorum indiga. Pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus. Fideliſſimi, ut inquit Plinius, ante omnia homini ſunt canes & equi. lib.7. cap.12.

Canterio)Genus eſt ſimplicis iugi,ſiue iugatæ uineæ porrecto ordine quem canterium appellant,meliórque ea uino eſt,quando ſibi ipſa non obumbrat, aſſiduóque ſole coquitur,& afflatum magis ſentit, & celerius rorem demittit, pampinationi quoque omni facilior,ſuper cætera defloreſcit,utilius fit id iugum pertica aut arundinea,aut funiculo.lib.4.cap.18.Hinc canteriatæ uites.lib.5.cap.3.

Canteriolis)Sicut in ædificio ſunt canterij, & per diminutionem canterioli,quibus contignationes & tabulata ſulciuntur,ita per tranſ lationem ait canteriolos, hoc eſt,adminicula adhibere oportere capitibus cæparũ.Infrà quoque ait,arundinibus humiles canterij fiunt. Eſt & in uinea canterius,de quo dictum eſt ſuo loco.lib.11.cap.5.

Capulis ſuis)Quid ſi legas Capillis?Nam ſunt in uitibus capillamenta quædam capillos imitantia.Inferius ait Columella : Is ex quolibet & minimo capillamento fieri poteſt . Eſt & capreolus coliculus intortus ut cincinnus ſiue capillus qui ad capiendum ſe erigit,ex quo à capiendo capreolus dictus.lib.4.cap.25.

Capitatas uineas)Quæ creſcunt in caput,& robur craſſitudinis accipiunt in ſtirpe dicuntur capitatæ. Quæ uerò brachiorum & ramorũ incrementis adoleſcunt, brachiatæ nuncupantur.lib.5.cap.3.

Carex) Nomẽ *herbæ aculeatæ noxiæ eſt,unde carectum dicimus locum cariæ refertum.* Virgilius, *-tu poſt carecta latebas.lib.11.cap.2.*

Carioſa)Putrida,exeſa,ſitu ſenióque corrupta.Caries putrilago eſt ex uetuſtate. Carioſi dentes dicuntur putridi foraminatique.lib.4.cap.26.

Catulorum caudas) Plinius *mentionem faciens huiuſce rei & loci ſic refert.Columella auctor eſt,ſi quadrageſimo*

die, quando ſit natus, caſtretur morſu cauda, ſummúſque eius articulus auferatur, ſequenti neruo exempto, nec caudam creſcere, nec canes rabidos fieri. lib. 6. cap. 12.

Catulo feceris) *Catulum ſacrificaueris.* Tradit Plinius *catulos lactentes adeo puros habitos eſſe apud priſcos, ut placandis numinibus hoſtiarum uice catulis uterentur.* Genito *mane catulo res diuina fit.* In *canario ſacrificio rutilæ canes immolabantur pro frugibus, ut ita deprecarentur, propulſarént que ſæuitiam ſideris* Caniculæ. *libro 2. cap. 22.*

Forantur cauis) Foraminibus, *nomen eſt ſubſtantiuum.* Horatius, -*ne ſilua cauúſque* Tutus *ab inſidijs tenui ſolabitur eruo. lib. 8. cap. 3.*

Cecilia) Nomen *eſt ſerpentis.* Quidã *apud* Plinium *mendoſe legunt Cæcas ſerpentes, cum legendum ſit* Cecilias. *lib. 6. cap. 16.*

Agratori) Vtinam *tam facile ueras dictiones poſſem inuenire, quàm facile falſas, adulterináſque cognoſco, qualis eſt hec exploſa procul à latinitate, futilis, caſſa, nihili dictio, obelo fodienda.* Cuius *in locum ſubſtituo laſerato, ut ſit ſenſus medicamento ex laſere, & laſerpitio, de quo affatim ſuo loco dictum eſt.* Vel *potius corrige cerato: quod & magis quadrat: & tali medicinæ eſt accommodatius.* Nã *ceratum liquidum, ait, immittendum eſſe intra locos capræ genitales.* A' *cera, ceratum dictum, quod uulgò cerotum nuncupant.* Plinius, Nõ *feci, inquit, cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota, parens illa, ac diuina rerum artifex officinarum, immo uerius auaritiæ commenta ſunt. lib. 7. cap. 7.*

Cedrino liquore) Liquor *picis, qui aquæ modo fluit, ex teda dum coquitur, cedrinum uocatur, cui tanta uis eſt, ut*

in AEgypto corpora hominum defunctorum eo perfuſa ſeruentur. Eſt etiam oleum cedri, quo peruncta materies, nec tineam, nec cariem ſentit. Hinc illud Epigrammatarij, Cedro nunc licet, ambules perunctus. Cedriam quoque accepimus appellari humorem manantem ex ambuſta picea. lib. 7. cap. 11.

A' cellarijs) Cellarij dicuntur, qui ex cella promptuaria, ſiue ex cellario promunt neceſſaria familiæ, uocabulo Plautino promus & condus nominantur. lib. 11. cap. 1.

Cenſorium opus) Cenſores ſunt caſtigatores morum, & rectores. Hinc ait Marcus Tullius in libris legum, Cenſores mores populi regunto Cenſura eſt regula morum caſtigatrix, quam idem Marcus Tullius magiſtram pudoris, & modeſtiæ appellat in oratione contra Piſonem. Opus ergo cenſorium ſignificatur, caſtigatio uitiorũ, & morum regula. Nam, ut inquit Liuius, penes cenſuram erat regimen morum diſciplinæ Romanæ. Præterea uectigalia P. R. erant ſub nutu, atque arbitrio cenſorum: inde ſupercilium cenſorium ponitur pro grauitate auſteritatéque caſtigatoria. lib. 11. in præfatione.

Cepheus inter ſidera) Cepheus eſt, quem AEthiopũ regem fuiſſe tradunt, Andromedæ patrem, quæ ceto propoſita à Perſeo liberata eſt, qui omnes inter ſidera recepti eſſe memorantur. Cepheus, ut ait M. Cicero, ſequitur manibus paſſis terga Septentrionis. lib. 11. cap. 2.

In Ceretano tuo) Ceretani populi ſunt citerioris Hiſpaniæ, qui Iuliani cognominantur. De his intelligendum eſt apud Epigrammatiſtam ſcribentem, Ceretana mihi fiat, uel maſſa licebit. Nanque ab his Ceretanis mittebantur pernæ optimæ: quod & Strabo memorat. Apud eoſdem naſcebantur uina generoſa, quæ ſcriptores magna cum laude nomi-

nitant.De *quibus idem* Epigrammatarius *intellexit,ſcribens*, Ceretana *nepos ponat,ſetina putabis*. Male *literati enarratores* Ceretana *uina*, & *ſalſamenta falſo exiſtimant referēda eſſe* ad Ceretes Ethruriæ *populos*. Ego *olim puer in* Pliniana *recognitione annotaui quædam annotamenta non indigna cognitu ſuper* Ceretanis *uinis*, & *pernis, quæ leguntur in calce* Plinianorum *codicum, qui impreſſi* Parmæ *fuerunt*. Apud Columellam, & *hic*, & *aliubi fit mentio uinorum* Ceretanorum: & *de* Hiſpanienſibus *eſt intelligendum.lib.3.cap.9.*

Ceratura)quære Gummutio *in* G.

Cerris)inter arbores glandiferas eſt cerrus: ex glande cerrea,ut Nigidius *tradit,porcina caro fit ſolidior*. Autumat Plinius,*cerrum ne* Italiæ *quidem maiori ex parte notam eſſe.lib.7.cap.9.*

Sacrorum certaminum)Sacra certamina ſunt apud Græcos *famigerata* Olympia,Pythia,Nemea,Iſthmia. *appellant* Græco *uocabulo*,ἱερὲς ἀγῶνας, *ut docet* Pollux, *in tertio onomaſtici*.Inde *hieronicas uocant uictores in ſacris certaminibus, de quibus copioſiſſime ſcripſi in commentarijs* Tranquilli.*lib.3.cap.9.*

Charcatas uocant) Legendum Characatas . E*ſt autem* χάραξ *fœminino genere pedamentū uitis:unde uites characatæ dictæ pedaminibus adnixæ*.Prouerbium Græcorum *eſt*,χάραξ τὴν ἄμπελον,*id eſt*, Palus *uitem*,ἐξαπάτησεν *decepit.lib.3.cap.4.*

*Chenoboſcia)*Loca *in quibus anſeres aluntur,chenoboſcia* Græco *uocabulo appellant* . Nam χὴν Græce *anſer dicitur*,βόσκω,*paſco*.M.Varro,Vbi *anſeres aluntur, nomine chenoboſcian appellatis.lib.8.cap.14.*

Cylindro) Lapis *teres inſtar columnæ*, & *uolubilis,dici-*

tur Græco uocabulo cylindros. Virgilius præcipit aream cylindro æquari oportere. Cylindraceæ figuræ ſunt ſiliquæ piſi. De cylindris geometricis dictum eſt, in comment. Tuſcul. lib. 11. *cap.* 3. & *apud Catonem, cap.* 159.

In Ciman) Cima eſt quidam caulium delicatior, tenerióſque cauliculus. lib. 11. *cap.* 3. & *apud Catonem,* 159.

Ciminus) De hoc lacu Virgilius, -Et Cimini cum monte lacum. lib. 8. *cap.* 15.

Creta cimolia) Cretæ terræ plura ſunt genera, ex his cimoliæ, duo ad medicos pertinentia: ab inſula Cimiola dicta cimolia. lib. 6. *cap.* 17.

Cinaræ) Nomen eſt oleris cui inditum uidetur nomen à cinere: quoniam huic herbæ id genus ſtercorationis eſt aptiſſimum, plura uide in hortum Col. Bapt. lib. 11. *cap.* 3.

Quæ circo) Id eſt, ludis circenſibus, qui & Romani, & magni nominantur de ſacris certaminibus, quorum uictores uocant hieronicas, ſuprà explicatum eſt. lib. 6. *cap.* 26.

Cita) Euocato, educito, citato, uerbum eſt imperatiuum. Col. de arb. cap. 8.

A cit aluum) Legendum Cit, hoc eſt, mouet, concitátque. Verbum Plinij propè peculiare in hoc ſignificatu, libro 6. *cap.* 4.

Citra hoc experimentum) Sine hoc experimento, locutio eſt elegans, & celeberrimis ſcriptoribus frequentiſſima, Citra muſicen, Citra ſuſpicionem, dixit Quintilianus: Citra faſtidium, citra perniciem, Plinius: & Citra ſalem, pro Sine ſale. Citra ebrietatem, Citra crudelitatem, Seneca. Dicimus Citra Calendas, pro Ante Calendas, & multa conſimiliter ab eodem fonte deriuata. lib. 2. *cap.* 2.

Cyperum) Cyperus in AEgypto eſt arbor, ſemine coriandri, candido, odorato, quod coquitur in oleo, & inter

odoratos frutices numeratur. Hieronymus in commentarijs Cantici tradit cypron eſſe genus uirgulti quod fructum ferat odoratum in modum uuæ florentis, & cypros una florens appellatur. Præterea cyperon uocant iuncum quendam triangulum, quem multi non diſcernunt à cypiro uicinitate nominis. Plinius diſtinguit utrunque, aitque cypirum eſſe gladiolum radice bulboſa, cyperum uerò iūcum anguloſum, iuxta terram candidum, cacumine nigrum, folia porraceis exiliora, radicem oliuæ nigræ ſimilem cyperida uocari, magni in medicina uſus. lib. 12. cap. 21.

Clatris muniantur) Clatri ſunt ligna trāſuerſa, quibus aliquid munitur, à quibus feneſtræ clatratæ dicuntur: Cancelli quoque nominantur. Horatius, Obiectos caueæ ualuit ſi frangere clatros. Cato, Clatros oportet inter ſe pede diſtare, hinc Clatrare uerbum, munire, & cancellos inducere. lib. 8. cap. 3.

Clauorum) Inter ulcera ſunt claui, quorum quidā morticini appellantur: naſcitur clauus nonnunquam alibi, ſed maxime in pedibus, ut docet Cornelius Celſus. Clauo perijt Silius Italicus. lib. 6. cap. 14.

Clibano) id eſt, furno, cuius pars prima patentior: Græci κλίβανον uocant κάμινον. Vnde Clibanicij panes dicti in clibanis cocti, quorum mentio fit à Plinio. Dicitur & κρίβανος: unde ἄρτοι, id eſt, panes, dicti κριβανίται, quorum Pollux, Suidas, Ariſtophanes, meminerunt. Columel. lib. de Arborib. cap. 19.

Clima) Docet in hoc loco Columella, quid ſit clima in menſuris agrorum. Apud aſtrologos Clima in ſitu terrarum dicitur ſpatium quo regionatim uariat horologium. Vniuerſa terra diuiditur in ſeptem climata, quæ noſtri circulos appellauere, Græci parallelos. Plinius noſter ſeg-

menta, à quo præter illa ſeptem notiſſima adduntur quinque exquiſitiſſima quadam ſubtilitate, ut ita fiant climata ſiue ſegmenta numero XII. Bononia patria mea ſeptimo ſegmento, ſiue climate continetur. lib. 5. cap. 1.

Clitellis aptior mulus) Clitellas uocant ſtrata iumentorum, quibus ſarcinæ alligantur, unde muli clitellarij dicti. Prouerbium eſt, boui clitellæ ſunt impoſitæ : cum bos naturaliter ſit impatiēs, inſoléńſque clitellarum, miniméque ferendis clitellis idoneus. Plautus feſtiuiter appellat homines clitellarios, qui onera impoſita uehunt, & dorſo portant, quaſi doſſuarij. lib. 6. cap. 36.

Secundum codicem) Iuxta caudicem, & ſtirpem. Itali dicebant excodicare, id, quod ablaqueare dicunt ſcriptores agricolationis. Id autem nihil aliud eſt, quàm circa uitis caudicem circunfodere, & quoſdam quaſi lacuſculos efficere. lib. de arb. cap. 10.

Coeant) Coagulentur, & unitas fiat. lib. 12. cap. 21.

Cohortalis eſt auis) In uilla cohors eſt, ex eo dicta quòd circa eum locum pecus coherceatur, auctor M. Varro. Inde aues dictæ cohortales, quæ intra cohortem uillaticam continentur: quales potiſſimum ſunt gallinæ. Ouidius, Abſtulerat multas illa cohortis aues. Apud Martialē, per contractionem dictionis ſcriptum eſt: Raucæ cortis aues, & oua matrum. Item: Accipe cortis aues. lib. 8. cap. 2.

Cola) Vaſa, ſiue inſtrumenta ad colandum uinum, defecandúmque accommodata, à colando nominata, de quibus Virgilius: Coláque prælorum fumoſis deripe tectis. Villicus, ut inquit Cato, habere debet cola uitilia tria, cola, queis florem demat, tria. lib. 11. cap. 2.

Coliculus) Cauliculus eſt ſcapus. lib. 11. cap. 2.

Colymbadas) Plinius in XV, Colymbades franguntur,

eædẽmque herbarum uiridium ſapore condiuntur. libro 12.cap.46.

Colliquias deriuemus) Videtur legendum, *in collicias*. Sũt autem *collicia ſiue colliquiæ ſulci maiores amplioréſque, & quaſi loculamenta, quibus humor agrorum noxius ex minoribus ſulcis deriuatur extra ſegetes*. Vitruuius appellat *colluuiaria, omnis colluuiei, & purgamentorum receptacula*. Plinius meminit *colliciarum his uerbis*: In uſu eſt, *& collicias interponere, ſi ita locus poſcat ampliore ſulco, quæ in foſſas aquam deducant*. In Plinianis codicibus ferè omnibus, legitur *collectritas*. Verum *ſiue colliquias, ſiue collicias, ſiue collectritas legere libet, haud equidem in magno ponam diſcrimine, dum modo nouerimus uocabulum hoc ab humore colligendo, uel eliquando eſſe deductum*. Fiunt autem in agris huiuſcemodi *colliciæ, ad colligendas aquas, atque educendas extra ſegetes, ſicuti quoque ſunt elices, ſulci aquarij, ab elicienda aqua nominati*. Cato cloacale flumen dixit, *pro colluuie cloacarum*. M. Varro collicias ſignare uidetur, *cum ait*: Sulcant in foſſas quo pluuialis aqua dilabatur. *lib.1.cap.8.*

Collyria) Attende *collyria dici non ſolum medicamenta oculorum, ſed aliarũ quoque rerum*. Item Cornelius Celſus, *collyria ponit pro medicamentis fiſtularum, docens quo modo fieri debet collyrium ad fiſtulas curandas*. Scribit Suidas, κολλύρια, *ideſt collyria eſſe pharmaca iatrica, id eſt medicinalia*. Idem docet *panes quoſdam quaſi mutilos eodem nomine appellari. lib.6.cap.6.*

Neque *arborem collucare*) Tria *ſunt priſcorum uerba ab eodem fonte deriuata, collucare, ſublucare, interlucare, quæ hoc diſcerniculo diſparantur*. Collucare, *eſt arbores ſiluæ officiẽtes lumini ſuccidere, & ſuccisis arboribus*

*locum luce complere.Sublucare minus eſt, quàm collucare, ſignificat enim ramos arborum ſupputare, & ueluti ſubtus lucem immittere.*Docet M.Cato *quemadmodum* Romano *more locum collucare oporteat.* Interlucare *uerò eſt in arboribus frugiferis per interualla deputare ramos in dēſitate ramorum,qui ſunt ſuperuacui,unde nata interlucatio eſt, cui in uitibus conſimilis eſt pāpinatio.* Plinius,Interlucatio *arboris prodeſt,ſed omnium annorum trucidatio mutiliſſima.lib.2.cap.12.*

Colocaſijs) Nomen *eſt herbæ, de qua* Martialis, Niliacum *ridebis olus lanáſque ſequaces* . Plinius, In AEgypto *nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon uocant* . Aliqui *hâc à* Nilo *metunt, caule cum coctus eſt araneoſo, in mandendo ſpectabilis eſt, folijs latiſſimis, quibus implexis in uariam ſpeciem uaſorum potare gratiſſimum habent. libro 9.cap.15.*

Columbaria) Vulgo *columbarium uocant ſtabulum columbarum, ipſum ædificium, & locum columbis alendis accommodatum, & ita* Palladius *quoque appellat.uerum* Columella,& M.Varro *columbaria capiunt pro nidis,& loculamentis,& cellis in quibus ſingula paria fœtificant.* M.Varro *ſic refert:*Columbaria *ſingula eſſe oportet,ut os habeant,quo introire,& exire poſſint.*Columbarius *dicitur cuſtos,& paſtor columbarum.lib.8.cap.8.*

Coloſtram uocant)Dicitur *coloſtrum neutro, & coloſtra fœminino genere:quæ nil aliud eſt, quàm ſpongioſa denſitas lactis à partu.*Plinius,Ex *primo ſemper lacte à partu coloſtra fiunt.*H*inc coloſtrati infantes dicti,quibus pernicioſum fuit guſtaſſe id lac.* Plautus, *Mea coloſtra,meus molliculus caſeus.*Epigrammatiſta,*De primo matrum lacte coloſtra damus.lib.7.cap.3.*

Commeatus apum) Itiones & reditiones à commeando. lib.9.cap.8.

Iugerum compluuia) Antè dictum eſt uineam dici compluuiatam à compluuijs domorũ, quibus conſimulis eſt in longitudinem latitudinémque iugata.lib.4.cap.24.

Condititia) Quæ reconduntur & diuturno tempore ſeruantur longæ uſionis gratia, ea uocant condititia cibaria. Cato conditiua appellat poma, quæ conduntur in hiemem duratura.lib.8.cap.8.

Vicini conditionibus) Emendo uillici, tanquam ad uillicum parum pertineat compoſitio olei gleucini. Conditiones autem accipe pro condituris. Sic enim M. Tullius, ſic ueteres frequenter appellant, ut inter conditiones & condituras nihil quidquam interſit: cum utraque dictio à condiendo deflexa ſit.lib.12.cap.50.

An conſemineis uineis) Conſemineas uineas uidetur intelligere eas, in quibus aceruatim multa ſemina uitiũ confuſa ſunt, nec proprijs generibus diſtincta, quæ etiam conſeminales dicuntur.lib.11.cap.45.

Conſiliginem uocant) Plinius lib. XXVI ſcribit hæc: Radix uerò herbæ conſiliginis, quam nuper inuentam diximus, ſuum quidem & pecorum omnium remediũ præſens eſt pulmonum uitio, uel traiecta tantum in auricula. bibi debet ex aqua, haberíque in ore aſſidue ſub lingua. Idem XXV, Noſtra ætas meminit herbam in Marſis repertam, naſcitur & AEquiculis circum uicum Nimneruenſiæ, uocatur conſiligo.lib.6.cap.5.

Tanquam olitæ reductum) Emendo Tanquam lituræ ductus appareat.lib.6.cap.5.

Coni cupreſſum) Conus dicitur fructus cupreſſorum, unde coniferæ dictæ à poetis, κονοειδὴς Græce nominatur:

quoniam rotunditate in acumen attollitur. κῶνοι auctore Suida, ſunt ſtrobuli: ubi ſtrobulos accipere malo pro nucleis pineis, quàm pro fructibus cupreſſi. Nam & Galenus in VII *lib. qui μίγμ inſcribuntur, docet conos antiquitus appellatos eſſe ab Atticis ſtrobulos, id eſt, fructus pineos.* M. *Varro galbulos nominat, pilas iſtas cupreſſorum cortinas in quibus incluſa ſunt ſemina primigenia. lib.6. cap.7.*

Cordum uocatur) Plinius, Rurſus rigari deſecta oportet, ut ſecetur autumnale fœnum, quod uocant cordum. Antiqui cordũ dixere ſerotinum, unde & frumenta corda, quæ ſero matureſcunt, & agnos cordos, qui ſerius nati forent. Et in hominibus dicti cordi ſunt ultimo fœtu progeniti, hoc eſt quod ait Quintilianus, præceptorem ſubtilem & eruditum ſcrutaturum origines uerborum unde cordi nomen traxerint. Lego fuiſſe Cordos duos ſcriptores hiſtoriarum. lib.7. cap.2.

Corrudam) Corruda eſt ſilueſtris aſparagus. Cato præcipit corrudã ſeri debere in eo loco in quo fuerint arundines, ut ita aſparagi fiãt. Nam conuenit arundinetum cum corruda. Plinius, Silueſtres, inquit, fecerat natura corrudas, ut quiſq; demeteret paſſim, ecce altiles ſpectantur aſparagi. Item hortorum indicauimus corrudam: hunc intelligimus ſilueſtrem aſparagum, quem Græci orminon aut myachanton uocant, aliíſue nominibus. lib.11. cap.3.

Cortinale) Non id eſt cortinale quod gloſſematici opinantur, neque à menſa parietéque deducitur. Sed cortinale dicitur propriè locus in quo ſapa & defrutum coquuntur in cortinis. Sunt autem Cortinæ ſcriptoribus agricolationis uaſa defrutaria, hoc eſt, defruto ſapáque coquendæ accommodata, quæ magis plumbea quàm ærea eſſe debent. Plinio Cortinæ ſunt uaſa quibus uellera tinguntur ſorbẽtia

ſuccum & medicamina infectoris, à quo cortina dicitur uiridis & immatura, quando nondum lana ebibit ad plenum eximium illum colorem, qui expetitur in ueſtimentis. Idem ait, Vela pingi in cortina: & cum ſit unus in cortina color, alium atque alium fieri in ueſte accipientibus medicaminis qualitate mutatum. Alio ſignificatu apud eccleſiaſticos ſcriptores, alio apud poetas cortina uſurpatur, qua nil notius eſt, uulgatiúſque. lib. 1. cap. 6.

Vel Coro) Nomen eſt uenti, quem & Caurum uocant: de quo Iuuenalis, In Caurum, atque Eurum ſolitus ſæuire flagellis: à Græcis Argeſtis nominatur. Plinius, Ab occaſu æquinoctiali Fauonius, ab occaſu ſolſtitiali Corus: Zephyron, & Argeſton uocant. lib. 11. cap. 2.

Crudum) Id eſt, intactum ſine ſulco, & paſtinatione. lib. 3. cap. 13.

Cubitorem bouem) Qui libenter decumbit in ſulco, & uitio decumbendi obnoxius eſt. lib. 6. cap. 2.

Ac cudentibus) Cudentes dicuntur, qui in area baculis excutiunt, exteríunt que legumina ac frumenta: à cudendo, id eſt feriendo nominati. lib. 2. cap. 10.

De collo cucurbitæ) Semina in cucurbitis quæ proxima collo fuerint, proceras pariunt, quæ in imis ſunt eſculētiores, quæ in medio ſunt, rotūdas, quæ in lateribus craſſas, breuioréſque progenerant. Cucurbitarium locum uocant conſitum cucurbitis, ſicut cucumerarium ubi ſati ſunt cucumeres. lib. 11. cap. 3.

Cum culabula) Emendo cunila bubula, hoc enim nomine appellatur herba, cuius plura ſunt genera. Eſt enim cunila quæ bubula appellatur, cuius ſemen contra ſerpentes uino bibitur. Eſt alia cunila gallinacea appellata à noſtris, à Græcis origanum Heracleoticum. Tertiū genus eſt eius.

quæ à Græcis maſcula, à noſtris cunilago uocatur. Vires *cunilæ uehementiſſimas in omnibus his generibus tradũt. lib.6.cap.12.*

Cuſtos ſummittendus) Alendus *palmes quem cuſtodem uocant & præſidiarium, de quo* Plinius *hæc:* Qui *uocatur cuſtos hic eſt nouellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, ſi uitis luxuria ſe conſumpſerit.lib.4.cap.24.*

D

Dactylíque) Vuæ *ſunt prælongis acinis porrectæ. unde & nomen à digitorum lõgitudine ſortiuntur, ſicut & dactylides dictæ à digitorum gracilitate.* Bumaſti *uerò ab eo nominantur quòd tument mammarum modo.* De *quibus poeta, - tumidis bumaſte racemis.* Alio *nomine bumammam uocant.* Mos *eſt Græcorum in magnitudine rei demonſtranda, apponere hanc particulam,* Bu, *ut docet* Suidas: *hinc* βούπεινα, ἡ μεγάλη πεῖνα, *id eſt, magna fames. hinc* βούλιμον καὶ βούγλωσσοι, *aliáque compluſcula: autumat* M. Varro *à bobus dici pleraque id genus magna. lib.3.cap.2.*

Dapſilis muſto) Larga, *copioſa, & muſti ubertate luxurians.* Dictio *Græca eſt noſtris frequenter uſurpata.* δαψίλεια *dicitur largitas, & opulentia, ut inquit* Suidas, πολυτέλεια, δαψιλὴς ὁ πολυτελής. *lib.3.cap.2.*

Decacuminanda) *Cacumine priuanda.* Decacuminare, *eſt cacumen decutere, unde decacuminatio.* Plinius, Hæc *ſimiles & decacuminatio rationem habet cupreſſi, piceæ, cedri: hæ enim detracto cacumine aut ignibus adusto intereunt. lib.5.cap.4.*

Delibretur) Decorticatur. Decorticatio, *id eſt, corticis detractio, infeſta eſt & exitialis arboribus.* Nam *nouellæ in primis arbores corticæ in orbe detracto necantur.* Ex-

cipitur ſuber,quod ſic etiam iuuatur.lib.5.cap.4.

Decemmodiæ) *Capaces decem modiorum,ut trimodiæ trium.lib.11.cap.18.*

Decoxit) *Cõminuitur,fitque minor,atque deterior,tranſlatio ſumpta ab his quæ coquuntur ad ignem,fiúntque co-ctura longe minora.* Inde *uerbum tranſlatum in eos qui ære alieno cooperti cum ſoluendo non ſint,uel latitant,uel ſolum uertunt.*Nam *decoxiſſe dicuntur,& decoctores nominantur.* Epigrammatarius,Nihil *colonus uilliciúſque decoxit.* Craſſus *qui primus diues eſt cognominatus, decoxiſſe ſuis creditoribus traditur.* Notiſſimum *eſt illud* Catullianum,Decoctoris *amicæ* Formiani.lib.1.cap.8.

Iuxta *decumanum)*Suprà *docuimus, decumanum dici limitem ſecantem agrum ab exortu ad occaſum,uineas quoque limitari decumano.lib.4.cap.20.*

Decuſſabimus)Id *eſt,deformabimus, ducemúſque in decuſſas,id eſt, denormabimus, digeremúſque ad æquilibrium.* Hoc *uerbo utitur &* Vitruuius, *dictúmque uidetur à decuſſibus,hoc eſt,à denario numero,qui perfectus,& abſolutus eſt.*Quidam *legunt decuſſauimus,ut ſit præteriti temporis,quod intellectui magis quadrat.*Quòd *autem ait in ſpeciem* Græcæ *literæ,neque* δ,*intelligo, neque* λ,*ut quidã opinantur,ſed* χ. Talis *enim litera ſtellæ ſimilior eſt,cuius effigiem repræſentare ait hanc machinam libro 4.cap.13.* Hinc *in ſtellam decuſſare ait lib.4.& decuſſatim per decuſſes, & per fruſta cuiuſdam magnitudinis abſolutæ,ſicut decuſſis,hoc eſt,denarius numerus perfectus habetur. lib.11.cap.53.*

Cellam *defrutariam)*Impoſitum *eſt nomen uillæ defrutariæ ab eo quòd in ea fit defrutum.*Eſt *autem defrutum uinum ad dimidiã menſuræ partem decoctum,ut docet* Pli

nius. Autumat Palladius defrutum à deferuendo dictum eſſe, quod ubi ad ſpiſſitudinem fortiter deſpumauerit, effectum eſt. Calenum uerò dicitur cum ex tribus partibus perdita tertia, duæ remanſerunt. Sapam uerò appellant ubi ad tertias decoquitur, quod Græci ſyrium & exſema nuncupant, & ita frequenter à Galeno nuncupatur. lib. 1. cap. 6. Hinc defrutarium locus in quo fit, & defrutaria uaſa defruto coquendo maxime idonea. lib. 12. cap. 21.

Defrutare) A᾽ defruto inclinatum eſt uerbum defrutare, quod ſignificat defrutum conficere, & ſapam coquere. Vnde & defrutariæ cellæ nomen eſt inditum. Defrutum uerò à deferuẽdo dictum eſt, ſignificátque uinum decoctum ad dimidiam menſuræ partem, redactúmque ad ſpiſſitudinem mellis, cuius uicem quoque præſtat. lib. 2. cap. 22.

Ferijs denicalibus) Feſti Pompeij uerba hæc ſunt: Denicales feriæ colebantur, cum hominis mortui cauſa familia purgabatur. Græci enim νεκρὸν mortuum dicunt. Tu diſpice an ex hiſce doctiſſimi grammatici uerbis ſcribendum ſit denicralibus ferijs, tanquam ἀπὸ τὸ νεκρὸ formato uocabulo. poſſumus & denicales legere, ut à numero denario dictio ducta ſit, ſicut nouẽdiales dixere à numero I X dierum. lib. 2. cap. 22.

Depingere) Vnius literæ immutatione tollẽdum eſt mendum, ut legas depangere, quod plantare ſignificat, itidem paulo mox quinque malleoli pangendi ſunt. lib. 3. cap. 16.

Depletur) Exhauritur, educitur, ex uaſis poſt preſſuram. Statius, Digno depleuimus hauſtu. Cato, Oleum ſi poteris, bis in die depleto. Idem dixit amurcã dehaurito in eodem ſignificatu. Plinius noſter uerbo infrequenti, ſed elegantiſſimo ait, Oleum ſæpius die decapulandum pro eo quod eſt, deplendum dehauriendúmque. A᾽ Catone dictus capu-

lator is cuius officium eſt ut concha oleum diligentiſſime tollat ac depleat, de quo mox paulo ſic ſcribit Columella, *Protinus capulator depleat. utitúrque perſæpe hac dictione. Dicitur autem capulator à capula quod nomen eſt uaſis, cuius nominis* Nonius *&* Varro *meminerunt.lib.12. cap.49.*

Deſponderis ſapientiam) *Deſperaueris te ſapientiam ad perfectum poſſe percipere, & ad eam peruenire. Deſpondere animum dicitur apud auctores, pro eo quod eſt finem ſuæ ſpontis ſtatuere, ac mori uelle ex deſperatione.* M. Varro, *Hoc ideo in ſecluſo clàm, ne reliqui, ſi uideant, deſpondeant animum, atque alieno tempore uenditori moriantur.* Liuius, *Nec ipſi ſolum deſponderant animos, ſed contemni cœpti erant à finitimis populis.* Plautus, *Ne lamentetur, ac ne animum deſpondeat.lib.11.cap.1.*

Dicimus & Deſpondere ſine additamento pro eodem, ut idem Columella *lib.8.cap.10.*

Deuerrendus) *Scopis purgandus. Deam nomine Deuerràm coluit antiquitas, quæ præerat domibus euerrendis. Conuerritores dicti ſcoparij, illi ſcilicet qui ſcopis à prādio, à cœna pauimenta deuerrunt, & purgamenta eſcarum tollunt.lib.7.cap.4.*

Deuſticæ) *Id eſt crematæ, toſtǽq; in pruinis.lib.6.ca.17.*

Diffuſa) *Id eſt, recondita in dolijs. uina diffundi dicuntur in apotheeis in uaſis uinarijs in quibus diu ſeruantur.* Iuuenalis, *Ipſe capillato diffuſum cōſule potat.* Horatius, *Vina bibes iterum Tauro diffuſa. Verbum hoc eſt frequens, is uſus apud Plinium iuriſconſultóſque cæteróſque claſſicos ſcriptores.lib.3.cap.21.*

Plus diſpondio & ſemiſſe) *Id eſt, plus duobus pedibus & dimido. Peculiaris hæc elocutio eſt Columellæ, de qua*

iam ſuprà diximus.lib.4.cap.1.& Dipondio & dodrante id eſt,duobus pedibus.& I X unciarum.lib.3.cap.13.

Diſpendium) Damnum:Cõpendium,lucrum.lib.6.in præfatione.

Differenda) Per interualla ſerenda.lib.11.cap.3.

Sud diuo) Sub Ioue, ſub cælo libero & aperto. dicimus & ſub dio,unde ſubdialis deriuatur.lib.6.cap.3.

Dolabella) Diminutiuum à dolabra quod genus eſt ferramenti.lib.4.cap.24.

Sint duramina) Brachia in uitibus modo duramenta uocant:modo duramina.Plinius,Relicto ſemper duramẽto in ſingulis tabulatis.lib.4.cap.22.

E

Elices ſulcóſque aquarios) τὸ αὐτὸ, id eſt,bis idem dixit, nanque elices uocant ſulcos aquarios, per quos aqua collecta educitur ex liris agrorum : non longè diſtant foſſæ inciles, quæ & incilia appellant, de quibus ſic ſcribunt iuriſconſulti,Titulo de riuis: Incile eſt locus depreſſus ad latus fluminum,ex eo dictus,quòd incidatur. Inciditur enim uel lapis,uel terra:unde primũ aqua ex flumine agi poſſit.lib.11.cap.2.

Eluenaci generis) Inter uites generoſas nominatur eluenaca,quam fertilitas commendat.Duo eius genera.Maior,quam quidam longã:minor quam arcelacam appellant,non tam fœcundam,ſed gratiorẽ hauſtu.lib.5.cap.3.

Emacietur) Fiat macrum.lib.7.cap.10.

Embammata) Plinius noſter intinctus ſubinde uocat quæ Græco uocabulo embammata nuncupantur.Sunt autem liquamina multiformia, quibus intingimus buccellas eſcarum,gulæ prorſus irritamenta, uulgo ſapores appellant.Græci dicunt ἐμβάπτειν,intingere.unde & embam-

mata intinctus. Illud ex Euangelio, *qui manum intinxerit in cãtino: Græce dicitur* ἐμβάψας τὴν χεῖρα τῷ τριβλίῳ. *lib.*12.*cap.*54.

Emittet in iugum) *Lego emicet, id eſt, proſiliat, tale eſt illud poeticũ,* Emicat Eurialus. *ſic &* Plinius: *Quæ, ita emicuerit, materia fructum dabit anno ſequente. lib.* 4.*cap.*20.

Emplaſtraturus es) Id eſt, *inſiturus, eo genere inſitionis, quam emplaſtrum, & emplaſtrationem uocant quæ ita fit:* Detrahitur *cortex ex parte arboris nitidiſſima, eíque imprimitur cortex cum gemma ex alia arbore par: ſic compage denſata, ut delibratæ parti bene conueniat teſſella hæc, ſiue ſcutula inſiti corticis, mox oblinitur incrita, integitúrque.* Huic *emplaſtrationi conſimilis eſt inoculatio, quæ excidit in arbore oculum cum fiſtula gemmámque includit ſumptam ex alia arbore.* Inoculationem *ſignauit* Virgilius *numeris poeticis, ſcribens:* Nec *modus inſerere, atque oculos imponere ſimplex.* Et *mox paulò, huc aliena ex arbore germen* Includunt, *udóque docent inoleſcere libro. lib.*12.*cap.*2.

Ephiporam) Lege *epiphoram, morbus eſt ocularius: cuius crebra mentio apud* Plinium: Naſcitur *& epiphora in genitalibus. lib.*6.*cap.*17.

Epityrum) Columella *euidenter oſtendit epityrũ dici in oliuis genus conditura, docétque quemadmodum id fiat.* Cato *quoque ante* Columellam *tradidit compoſitionem epityri, cuius uerba hæc ſunt:* Epityrum *album nigrum, uariúmque ſic facito:* Ex *oleis albis, nigris, uariíſque nucleos eiicito. ſic condito, concidito, ipſis addito oleum, acetum, coriandrum, cyminum, fœniculum, rutam, mentam, in orculam condito, oleum ſuprà ſiet, ita utitor.* M.

Varro lib. de Lingua Latina tertio, enarrrans illud Plautinum: Si unum epityrum eſtur. Epityrum (inquit) uocabulum eſt cibi, quo frequentius Sicilia, quàm Italia uſa. Quidam, quia apud Græcos caſeus dicitur τυρός, opinati ſunt epityrum dici cibum caſeatum, quibus reclamat autoritas ſcriptorum claſſicorum, quos nominauimus. Videtur autem appellari epityrum à confracta oliua, quæ Græcè dicitur πίτυρις. lib. 11. cap. 47.

Equienti mulæ) Equum appetenti, & maritum deſideranti. Canes conſimiliter dicuntur catulire, quando cupiunt maritari. Tradit Plinius equas domitas ſexaginta diebus equire antequam gregáles. lib. 6. cap. 37.

Equus) Hũc Aratus, & alij cõplures Pegaſum eſſe dixerũt, qui in Helicone ſaxũ ungula feriens fontẽ aperuit, qui ex eius nomine Hippocrene dictus eſt. lib. 11. cap. 2.

Eureungij) Legendum eryngij. Eſt enim eryngion, ſiue erynge herba inter aculeatas, in primis clara contra ſerpentes, & uenenata omnia naſcens. Eius radix bibitur aduerſus ictus morſuſque: Apollodorus aduerſus toxica cum rana decoquit. lib. 6. cap. 5.

Ergaſtularij) Quidã autumant ergaſtularios dici ſeruos uinctos in ergaſtulo. Tu cape ergaſtularium pro eo qui præpoſitus ergaſtulo, & mancipijs: quod genus ſeruos priſci habebant in ergaſtulo compeditos ad culturam ruſticationis exercendam. Plin. coli rura ergaſtulis peſſimum cenſet eſſe, tanquam quidquid illi agunt, à deſperantibus agatur. lib. 1. cap. 8.

Erronem) Erraticum, & fugitiuum. Labeo iuriſconſultus, ut ſcriptũ legimus titulo ad AEdilitiũ edictũ, definit erronem eſſe puſillũ fugitiuum, & ex diuerſo fugitiuum magnum erronem eſſe: ſed proprie erronem ſic definiunt

*iuriſconſulti eum,qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa uagatur, & temporibus in res nugatorias con ſumptis ad dominum redit.*De errone *terno ait* Horatius, *-fugitiuus,&* erro.*lib.9.cap.*10.

Erui) *Eruum genus eſt leguminis,quod uim medicaminis obtinet:quippe quo diuus* Auguſtus *eſt curatus.*In*noxiũ eſt bobus primo uere ſatũ,autumno uerò grauedino ſum.*De *hoc* Horatius:*Tenui ſolabitur eruo.* Freſum *dicitur , quod infractum, & comminutum eſt,ſicut & faba freſa nuncupata,quæ molis frangitur.*Col.*lib.6.cap.*3.

Euanidæ fiunt) *Imbecillæ,lãguidǽque.à* Seneca *Gau dium euanidum,decenter dictum.*Col.*de arb.cap.*17.

Eugeniæ) *Eugeniæ uuæ à generoſitate nuncupantur.* Græco *enim uocabulo* ἀγένεια, *dicitur nobilitas.* Euganei *quoq; populi* Alpiũ *incolæ traxere nomẽ à præſtantia ge neris:hoc eſt,ab* Eugenia.*Itaque* Eugeniæ *uuæ reſpondẽt ſuo nomini,quando uinum generoſum fundũt.lib.*3.*cap.*2.

Euronotus) *Nomen uenti eſt,qui medius flat inter* Eu*rum,&* Notum,*unde & nomen accepit.autor* Plinius *in ſecundo.lib.*11.*cap.*2.

Exacuit) *Hoc eſt, ut ego interpretor, acorem fecit, & aceti ſaporem concepit.lib.*12.*cap.*17.

Exaltant) *Exaltare ſulci, eſt alta foſſione deprimere.* Eſt *enim altitudo ſuperior,& inferior.*Col.*lib.*3.*cap.*13.

Exaniari) *Quaſi ſanie purgari defecaríq;:quo uerbo utitur* Cor.Celſus.*Conſimile eſt* Apuleianum *uerbum examurcari, pro eo,quod eſt amurca emundari, & ſanie repurgari,& quidquid eſt feculentum extillare. infra ait* Columella *ſcribens de ſalſura ſuillæ carnis,*Compoſitis *in tabulatum tergoribus pondere impoſito,ut exanietur:hoc eſt,noxius humor emundetur.lib.*12.*cap.*46.

Excerni) Id eſt, expurgari, uētilaríque. Cõſimilia ſunt ſubcernere, & incernere, unde excernicula, incernicula dicta genera cribrorũ. Aliàs excernere, eſt uentrẽ purgare: unde excremēta dicuntur, quæ & retrimēta. lib.2.cap.21.

Excludant) Gallinæ dicitur excludere, cum poſt incu batum pulli maturi rupto ouo naſcitur. Plinius: Celerius excluduntur calidis diebus. Item quædam gallinæ gemina oua pariunt, & geminos interdum excludunt. Dicitur et excudere in eodem ſignificatu. lib.8.cap.2.

Exherbatur) Herbis liberatur, repurgatúrque. li.4.ca.5.

Exudent) Quaſi ſudando ſiccēſcant exuántque noxiũ ſuccum. lib.12.cap.5.

F

Fecinium) Inter genera uitium eſt fecinia, ex eo dicta quòd plus quàm cæteræ fecis affert: quod tamen incom modum repenſat uuarum multitudine: uentos, & imbres patienter ſuffert, æſtu infeſtatur, minuti acini, & duræ cutis uuas habet. lib.12.cap.45.

Flacceſcat) Langueſcat, & quaſi flaccidũ fiat. Plinius à flaccidis auribus autumat deriuari cognomina Flaccorum. Ait Apuleius: Flacet rebus oratio, id eſt langueſcit, & iacet. Potes legere fraceſcat, pro eo, quod eſt putreſcat, & corrumpatur. lib.5.cap.10.

Faſtus) In notis Seruij annotauimus Seruium erraſſe, dũ erroris arceſſit Lucanum, qui ſcribit faſtus eſſe quartæ declinationis, quãdo ſignificat ſuperbiã. ſecũdæ uerò, quando ſignificat librũ, qui dierũ habet computationem. Vnde errauit (inquit) Lucanus, dicẽdo: Nec meus Eudoxi uincetur faſtibus annus. Nãque indiſcriminatim dicimus faſtos, & faſtus in ſecundo, & quarto ordine pro libris, quod & Priſcianus tradit, & magnorũ ſcriptorum con-

firmat autoritas,quæ pro ratione eſt.lib.9.cap.14.

Fatiſcit) Reſoluitur, *langueſcit, deſicit.* Plinius, Sine *calciatu fatiſcunt.lib.7.cap.3.*

Fefellerit) Latuerit.Horatius,*Nec uixit male, qui natus,moriénſque fefellit.*Liuius,Explorator Carthaginenſis Romæ *biennium fefellit.lib.12.cap.3.*

Feles) A*nimal eſt familiare,ac domeſticum,omnibus notum,uulgo catus nominatur (ut opinor)à ſolertia.*Nam *catum ſapientem dicunt, & acutum,* Græci αἴλυρον *uocant.*Plinius *tradit felium oculos in tenebris fulgere.* Idē *alibi ſic refert,*Feles *quidem quo ſilentio, quàm lenibus ueſtigijs obrepunt auibus,quàm occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt, excrementa ſua effoſa obruunt terra intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe.*Verùm *apud* Columellam, & Varronem, *feles accipi uidentur pro ſouino : ſic enim uulgus appellat beſtiolam gallinis maximè infeſtam, noxiámque,& ſæpe gallinaria tota contrucidātem.lib.8.cap.3.*

Felliaula) Legendum *filicula.*Eſt *enim diminutiuum, à filice herba : de qua* Perſius : Non *tamen iſta filix ullo manſueſcit aratro.* Pteris Græci *uocant .* Præterea *alia eſt herba filicula, quam* Græco *uocabulo polypodion appellant:ſimilis eſt filici,bilem detrahit,in petris naſcitur. lib.6.cap.26.*

Femina)id eſt,femora coxæ interiores,ſine diphthōgo ſcribi debet, cū prima ſyllaba corripiatur. Virgil. *Eripit à femine.*Hinc *ſubfemina,id eſt,ſubfemora interiora.*Inter *femineum eleganti uocabulo* Apuleiano *dicitur genitale muliebre,quaſi inter femina collocatum.lib.6.cap.37.*

*Pellicij fibri)Latini fibrum dicunt,*Græci *caſtorē,qui amputatione genitalium liberat ſe à uenatoribus,gnarus*

ob medicatos teſtes ſe peti.lib.de arb.cap.15.

Teſtaceis puluinis fibulãtur) Id eſt, alligantur, & quibuſdam quaſi fibulis coagmenta connectuntur. Fibulationes à Vitruuio dictæ coniunctiones fibularum in machinationibus. Diffibulare, eſt fibulã diſſoluere, quod & refibulare dicimus: quamuis apud Epigrãmatiſtam id uerbum dicatur in re obſcœna de fibula cytharœdorum, & comœdorum, cuius cum mordacitate ſatyricæ mentio eſt apud poetas. Teſtacei autem puluini in pauimentis dicuntur coagmenta ſpicata, & loricationes, quibus ad regulam perfricantur, ut nullæ lacunæ inſunt. Et ſunt quaſi extantes cumuli. Item puluini ſunt eminentiores partes in areis agrorum, & quaſi tori. lib.1.cap.6.

Fideliæ) Nomen eſt fictilis uaſis, de quo Perſius: Reſpondet uiridi non coacta fidelia limo. Plinius, Mulſi cõngialem tibi plenam faciam fideliam. Fideliæ crebra mentio eſt apud Col. hoc uolumine, utpote uaſis condendis ſalgamis maxime idonei. lib.12.cap.7.

Fidicula) In cælo ſidus eſt, quod appellatur modo lyra, modo fidis, modo fidicula. Aliàs fidiculas accipimus pro genere tormenti, ut in commentarijs Suetonij eſt explicatum. lib.11.cap.2.

Fiſco) Fiſcina iuncea. Col.lib.12.cap.48. hinc fiſculus paruus fiſcus, ſiue fiſcella iuncea. lib.12.cap.49. & lineum fiſcum uocat lib.12.cap.38.

Flutas) Murænæ, & anguillæ uocantur Græco uocabulo plotæ, Latino flutæ, quòd in ſummo ſupernantes ſole torrefactæ curuare ſe poſſe, & in aquam mergere deſinunt: atq; ita faciles captu ſunt. Auctor Macrobius. Col. lib.8.cap.17.

Focaneus) dictus eſt palmes, quaſi in faucibus uitis e-

natus: nam, ut inquit Columella, *ſolet in bifurco medius prorepere, illud autem bifurcum ueluti fauces in uite repræſentat.lib.4.ca.24.*

Ferramẽtum *fœniſecis*) Fœniſex, *ſic enim elegantius dicitur, quàm fœniſecus, ſiue fœniſeca, eſt is, qui fœnũ ſecat.* Fœniſecia *dicuntur fœni ſectiones.* Perſius, Fœniſeces *craſſo uitiarunt unguine pultes.lib.2.cap.18.*

Præcipuè fœtæ) Fœtas, *ferè ſemper idonei ſcriptores appellant puerperas, hoc eſt eas quæ peperunt.* Inclytus *tamen poeta dixit, loca fœta furentibus auſtris, pro plena.* Idem *ait:* Non *inſueta graues tentabũt pabula fœtas, pro prægnantes.* Verum *alio in loco poſuit fœtam pro ea, quæ iam peperiſſet.* Sic *enim, inquit, in aſpidopœia,*

Fecerat, *& uiridi fœtam Mauortis in antro*

Procubuiſſe *lupam.* Plinius *noſter fœtam ſemper uſurpat pro ea, quæ à partu cubat.lib.7.cap.6.*

Forda non admittit) Vacca *prægnans, dicitur forda à fœtu.* Ouidius, Forda *ferens bos eſt.* Ab *alijs horda appellatur quadã cognatione literarum, ut hœdus, fœdus.* In*de in* Faſtis, *dies hordicalia, ſiue fordicalia nominantur, quæ nonnulli appellant fordicidia, quibus hordæ ſiue fordæ, id eſt, grauidæ uaccæ immolabantur.lib.6.cap.23.*

Foſſas ueteres tergere) Verrius Flaccus *iuris pontificij peritiſſimus, quia ferijs tergere ueteres foſſas licebat, nouas facere ius non erat, feſtiuiter dicere ſolebat, ferias idoneas magis uiduis eſſe quàm uirginibus ad nubẽdum, tanquã foſſæ ueteres ſint uiduæ, quas feriatis diebus tergere fas eſſet.lib.2.cap.24.*

Cum fracibus) Sicut *floces priſco uocabulo ſignificant uini fecem è uinaceis expreſſam: ita fraces ex oleis.* Plinius *dixit fraces eſſe carnes oliuarum, & inde feces.* Oleum, *ut*

inquit Cato, quandiu in amurca & in fracibus erit, tam deterrimum erit. Hinc uerbum factum uidetur Fraceſcere, quod eſt fracibus reſolui corrumpique, atque putreſieri uetuſtate. M. Varro, Olea lecta ſi nimium diu fuerit in aceruis caldore fraceſcet. Item hæc de qua fit oleum, cogi ſolet aceruatim dies ſingulos in tabulata, ut ibi mediocriter fraceſcat. lib. de arb. cap. 14.

Infriatur) Friare quod & infriare dicitur, eſt in puluerem redigere, & minutim digitis terere atque inſpergere, uulgo dicunt pulueri zare. lib. 8. cap. 5.

Vis frigoris excoquit) Idem eſt effectus frigoris, & caloris, iuxta illud Maronianum: penetrabile frigus adurit. Conſimiliter Lucanus, Vrebant montana niues. In hanc ſententiam Palladius. Ita utraque paſtinatio decoquetur beneficio algoris & ſolis. lib. 11. cap. 3.

Furunculus) Palmes eſt iuxta palmitem, cuſtodem nuncupatum, qui eſt uerrucæ magnitudine, uocaturq; furunculus. Aliâs furũculus dicitur ulcus naſcens paſſim in quacunq; parte corporis ac maximo incommodo, mortiferum aliquando malum cõfectis emaciatiſque corporibus. Aliâs furunculus puſillus fur, ut latrunculus. lib. 4. ca. 24.

G

Galactopotæ) id eſt potores lactis, & lacte uictitantes. Græcè γάλα dicitur lac. Suidas ait, γαλακτοπότης, ὁ γάλα πίνων, id eſt galactopotes eſt lac bibens. lib. 7. cap. 2.

Caſeum Gallicum) Laus apud priſcos erat præcipua caſeo Nemauſenſi (ſic enim à ciuitate Galliæ nominantur) cuius meminit Plin. in XI. qui ſic ſcribit caſeo Nemauſenſi fuiſſe commendationem, ſed muſteo tantum ac recenti. lib. 11. cap. 57.

Gallinaria) Quæ ſuperius Græco uocabulo dicta ſunt

ornithotrophia & ornithones, nunc Latina uoce appellat Gallinaria, uidelicet ſtabula Gallinarum & receptacula. lib.8.cap.3.

Seſtarios gari) Genus eſt liquoris exquiſiti. quod garon uocauere, à piſce garo nominato, ex quo antiquitus conficiebatur. Autumat Plinius garum fieri inteſtinis piſcium ſale maceratis. Martialis, Nobile nūc ſitio luxurioſa garum. lib.6.cap.34.

Gemellar) Nomen eſt uaſis, cui fortaſſis ex eo inditum hoc nomē, quòd geminas menſuras continet. lib.12.cap.50.

Glaber) ſine pilis, Glabella fœmina decenter dicitur Apuleio, cuius corpus eſt leuigatum, politum, nullóque pilo hiſpidum. lib.7.cap.3. hinc glabreſcit, id eſt, fit glabra & polita leuigatáque. lib.2.cap.20.

Locis glabrentibus) Glabrentia loca dicuntur quaſi caluentia, quæ & glabreta nuncupantur, ſine ſtirpe, ſine ſtipula, ſine frondibus, ut hominis caluitium, ſine capillo eſt. Græci conſimiliter loca nudata fruticibus phalacras uocant; à quibus φαλάκρος dicitur caluus: Vnde phalacrocoraces dicti corui aquatici caluitio monſtrabiles. Calueſcere de arboribus quoque uſurpatur. Infra ait Col. Sæpe nouella caſtaneta calueſcunt. Vinea caluata dicitur Catoni, Plinióque, in qua raræ ſunt uites. lib.2.cap.9. Et glabrata, id eſt, depilata. lib.12.cap.52.

Gleucini) Græci τὸ γλεῦκος muſtum uocant: Græca quoq; uoce dicitur aigleuces, hoc eſt ſemper muſtum quod inter dulcia eſt. Id euenit cura: quoniam, ut docet Plinius feruere prohibetur. Hinc oleum gleucinum dictum ab eo γλεῦκος, id eſt muſtum incoquitur uapore lento, conſumitúrque muſtum oleo, cui admiſcent etiam odoramenta. Plinius oleum gleucinum memorat inter genera olei factitij,

quod nunc quomodo fiat, eleganter Columella *præſcribit lib.12.cap.51.*

Glycorrhizes) *Vocabulum Græcum eſt, quod ſignificat dulcem radicem, tanquam id uini genus à dulcedine muſti, & radice herbæ cum qua fit, ſit nominatum.libro 12. cap.35.*

Quaſi pabulo gliſcit) Creſcit, pingueſcit, ſaginatur, Gliſcere enim creſcere eſt: unde glires dicti, qui ſomno gliſcunt, id eſt creſcunt: fiuntque pinguiores. Gliſceras menſas dicebant antiqui opimas & lautas, quaſi gliſcentes per inſtructionem epularum. Alibi Columella ſcribens de gallinis farciendis ſic inquit: Prima luna ſaginari cœpta uice ſima pergliſcit.lib.2.cap.5.

Graminoſo) Herboſo, à gramine ducto uocabulo. Eſt autẽ gramen inter herbas uulgatiſſimum, iumentis herba non eſt alia gratior, ſiue uiridis, ſiue in fœno ſiccata. Sunt qui & aculeatum gramen uocent, cum in cacumine ſint aculei, quod Græci dactylon uocant: quia digitis medeatur.lib.6.cap.1.

Grauedinem) Grauedo, ut docet Corn. Celſus, humor eſt ex capite diſtillans. Apuleius: Nares grauedine oppletæ. Græci uocant corizas, noſtri grauedinem: unde grauedinoſi dicti, qui ad morbũ grauedinis procliuiores ſunt. M. Tullius: Itaque dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos, non quia iam ſint, ſed quia ſæpe ſint. libro.7.cap.3.

Gummitione) Inſperſione gummi, & quaſi tectorio. Itidem ceratura dicitur inductio ceræ, & quædam quaſi incruſtatio ex cera facta in dolijs olearijs.lib.12.cap.49.

H

Obſeruare halitus ſeptentrionales) Plinius: Qui ma-

res concipi uolet, in Aquilonem *paſcito, ut ſic in eundem meant: qui fœminas concipi uolet, in* Auſtrum *ſpectantes mire cogito. tradunt omnes ferme ſcriptores hoc fieri, ſed cur fiat, minime cauſas explicant: uideor itaque facturus operæpretium ſi ea, quæ apud* Albertum *magnum rerum naturæ conſultiſſimum legi, conducentia ad hanc rem, hoc in loco explicauero, qui in libris de animalibus tradit, ideo flante* Aquilone *concipi mares, quia is uentus calorem naturalem intus cohibet, & ita corpora fiunt ualentiora firmioráque, & ipſum ſemen ſiue ſperma melioreſcit, contrà flante* Auſtro *corpora fatiſcunt, & reſoluto calore fiunt imbecilla, unde fœminæ tunc facilius concipiuntur, qui fœtus eſt quàm maſculus longe imbecillior, molliórque. lib. 7. cap. 3.*

Halecula) *piſciculi nomẽ eſt, poteſt eſſe diminutiuũ halecis, quæ fex eſt muriæ imperfectæ, nec colata. li. 6. cap. 8.*

Haræ) *Stabula porcorum, atque cubilia.* Plautinum *illud notum eſt,* In *hara habitare uideor, non in ædibus. lib. 7. cap. 9. & apud* Var. *lib. 3. cap. 10.*

Albi uel belui) eſt enim color heluus, ſiue heluolus, inter purpureum & nigrũ. Vnde *uuæ heluolæ nomen acceperunt, quæ à quibuſdam appellatæ ſunt uarianæ, à colore ſæpius uariante.* Grammatici *heluum colorem appellari dicunt medium inter rufum & album, qualis eſt color boum.* M. Tullius *hinc uidetur heluolas herbas ſcito epitheto nuncupaſſe, cum ait,* Heluolas *herbas ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuauius. lib. 3. cap. 11.*

Ruſtici hexaſtichon) Vulgo *dicitur hexaſtichon ſex uerſibus conſtans:* Diſtichon *duobus.* Hic *hordeum nominatur hexaſtichon, quaſi ſex ordinum: ſicut alterũ genus diſtichon, duorũ ordinum.* Nam *in hordeo ſpicæ quædam*

binos ordines habent, & id diſtichon uocant: quædam ſenos, & hoc à numero ordinum hexaſtichon appellatur. libro 2. cap. 9.

Cum diſtendetur aqua cutis) *Id eſt, laborabit hydropiſi, ſic enim* Græco *uocabulo appellant morbum aquæ ſubter cutem fuſæ: cuius tres ſunt ſpecies,* Tympanitis, *hypoſarca, & aſcites:* Communis *eſt omnium nimia humoris abundantia.* Olim *quidam hydropicus ſitis impatiens bibit ſuam ipſius urinam, atque ita in exitium ſemet præcipitauit.* Ita *autem ordinãda ſunt uerba* Columellæ, *ut aqua ſit ſeptimus caſus, cutis uero rectus, ut exponas cutem diſtendi aqua, & nimio humore ſubter cutem fuſo corpus extuberare. lib. 7. cap. 7.*

Hippomanes) Vt *eximius poeta deſcribit, uirus eſt lentum diſtillans ab inguine equarum per id tempus quo libidine extimulantur.* Hippomanes *eſt caruncula nigra* ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ πώλου *id eſt, in fronte pulli equini ueneficium amoris: de quo intellexit poeta in ſerio opere:*

Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus,

Et *matri præreptus amor. de quo* Plinius, Solinus, Ariſtoteles, *& cæteri.* Eſt *&* Hippomanes *auctore* Theocrito φυτὸν ἵππων: *id eſt planta, ſiue herba, qua guſtata equi in furias aguntur, unde & nomen. lib. 6. cap. 26.*

Quàm in hircis) Lego *in hirtis, ut ad genus ouiũ hirtum, hoc eſt hirſutum referas, quod minus pretioſum eſt.* Si *mauis hircis, intellige in gregibus ouium plures parandos maſculos, quàm in gregibus caprarum hircos. lib. 7. cap. 4.*

Hornotinas plãtas) Ab *horno hornotinus fit, ut à priſco priſtinus, auctore* Priſciano, *& pro re annua ſiue ipſius anni accipitur.* Dixit Horatius, *-ſi thure placaris: & horna* Fruge *lares.* Cato, Hornotinæ *nuces uirides ſunt.* Col. *lib. de*

ff. iiij.

arb.cap.30.& lib.5.cap.6.

Sic utrique proximum horreũ) Nomine horrei ſignificatur repoſitorium: unde horrearius dictus, ſuper quo affatim in commentarijs Apuleianis annotauimus. li.1. ca.6.

Penſile horreum) Repoſitorium ſublime & editum. Plinius & Varro probauit ſuſpenſa & ſublimia, hoc eſt, penſilia horrea. Conſimiliter penſilis uua dicitur quæ ſuſpendi ſolet ad perennitatem. Penſiles horti erant Thebis AEgyptijs memorabiles. Sergius Orata habuit penſiles balneas. lib.11. cap.49.

In hortenſi lira) Id eſt, in areola & ſulco horti: hortenſia appellant omnia quæ ſeruntur & naſcũtur in hortis, Græco uocabulo dicuntur cepurica. lib.9. cap.4.

I

Ichthyotrophia) Vox Græca eſt, qua uiuaria piſcium ſignificantur, quæ & piſcinæ nominantur. Plinius noſter hæc omnia receptacula auium, piſcium, ferarum generali uocabulo uiuaria appellat. lib.8. cap.1.

Impetigines) Puſtulæ ſunt infeſtantes corpora, quarũ, ut docet Corn. Celſus, ſpecies ſunt quatuor, ab impetu inditum nomen, ut oſtendit Quintus Serenus illo uerſu, Si uerò uitium eſt, quod ducit ab impete nomen. Vulgo uolaticam dici autumant. Impetiginem Plin. lichenas eſſe ſentit, hæc memorans: Arida cum reſina impetiginem & ſcabiem quam pſoram & lichenas uocant. Nam ψωρὰ Græce ſcabies, relinquitur, ut lichen ſit impetigo. lib.6. cap.30.

Incanæ) Caneſcentes & albæ. Virg. incanáq; menta Regis Romani. lib.8. cap.2.

Incernemus) Cribrabimus. Incerniculum genus cribri eſt: incernere cribrare, cribróque tranſmittere. li.5. cap.4.

Incilia) Incilia foſſæ ſunt quæ in agris fiunt ad aquã

deducendam: dicuntur & deriuationes de riuo communi facte. Portius Cato, *Incilia aperire, aquam deducere, uias & ſegetem curare oportet, ut fluat, item in monte foſſas inciles puras habere oportet.lib.5.cap.9.*

Inemptas dapes) Verſus Virg. ex IIII Georg. *quos hoc in loco citat* Columella, *ſunt hi,* Regum *æquabat opes animis, ſeráque reuertens* Nocte *domum, dapibus menſas onerabat inemptis.lib.11.cap.2.*

Ineunt) Coeunt, *& primum initum facere incipiunt. lib.7.cap.9.*

Inexputabilis) Infinitus, *qui ſupputari ob multitudinem non poterat.lib.9.cap.4.*

Non inficior) Non *nego.* Ire *inficias, eſt negare, inde ſtatus inficialis apud* Oratores. *Inficiator pro eo qui negat.* Epigrammatiſta, *In ius ò fallax aut inficiator eamus.lib. 4.cap.18.*

Infriata) Minutim *inſparſa.* Friabile *id* Latinè *uocatur quod facile diſteritur, uulgo uocant pulueriZatum. libro 7.cap.5.*

Velut per infundibulũ) Inſtrumenti *ruſtici nomen eſt quo uina diffunduntur in dolia, in uſu cellæ uinariæ frequentiſſima.* Portius Cato *ſcribit, oportere uillicum habere in inſtrumento fundi infundibula duo.* Refert Flauius Vopiſcus *in* Aureliano, *fuiſſe quendam bibacem qui bibere ſolebat infundibulo appoſito plus orca. Eſt autem orca genus uaſis.lib.3.cap.12.*

Infuſci) Nigrantis *coloris.lib.9.cap.10.*

Ingluuies) Albertus Magnus *doctior quàm eloquentior,* Pappam *uocat in auibus, quam* Columella *uocat ingluuiem.* Itidem Virgil. *illo uerſu.* Improbus *ingluuiem ranisq; loquacibus implet.* A Plinio *dicitur ſinus gutturis.*

Eſt autem capacitas gulæ patentior, qua merguntur recentia cibaria.lib.8.cap.5.

Inire gregem) Id eſt, coire cum grege. Auſonius, Sic me taurus init, ſic proxima bucula mugit. Ouidius, -ineas quálibet ante uelum. Hinc initus ponitur pro coitu. Plinius tradit equos, & canes, & ſues initum matutinum appetere. Idem de bobus ſcribens ait: Conceptio uno initu peragitur.lib.7.cap.3.

Innotat) Inurit, ſignat, inſcribit.lib.7.cap.9.

Inodare) Plinius pertinentia ad hãc ſententiam hæc ſcribit: Cæterum ut odore careant, omnia hæc iubentur ſeri cum luna ſub terra ſit, colligi cum in coitu. ſine his Menander è Græcis auctor eſt, allium edentibus, ſi radicem betæ in pruna toſtam ſuperederint, odorem extingui. lib. 11.cap.3.

Implicato) Pice oblinito. picare, impicare, oppicare uerba ſunt ab uno picis fonte corriuata.lib.12.cap.19.

Irim) Herba eſt laudatiſſima in Illyrico. Floret diuerſi coloris ſpecie, ſicut arcus cæleſtis, unde & nomen: natura eſt feruens.lib.11.cap.28.

Inſolatis) Inſolati dicuntur dies multo ſole, & puro intepeſcentes. Inſolari etiam eſt ſole impleri, concoquíque. lib.11.cap.3.

Ad inſtrumenti curam) Titulus eſt apud iuriſconſultos, de fundo inſtructo, & inſtrumento legato. Vbi docet Vlpianus inſtrumentum dici apparatum rerũ, ſine quibus exerceri nequeat poſſeſſio. Idem ait, inſtrumenta fundi ea eſſe, quæ fructus quærendi, cogendi, conſeruandi gratia parata ſint. Triplex eſt inſtrumentum ruſticum, Vocale, Semiuocale, Mutum. Vocale, in quo ſunt ſerui. Semiuocale, in quo ſunt boues. Mutum, in quo ſunt plauſtra, ligones,

falces, & alia. Hoc genus Græci uocant ἐργάλεια, γεωργικά, καὶ ἄσκευα. lib. 1. cap. 8.

Inſucanda) Aſpergenda, & quodam quaſi ſucco irroranda, madefaciendáque. lib. 7. cap. 4.

Iteratos tertiatos eſſe) Iterati dicuntur agri, quando ſecunda aratione coluntur, quod & offringere nuncupant, unde & iteratio. Tertiari uero, quando tertia aratione, & tertio ſulco repetuntur, túncque boues lirare dicuntur. lib. 2. cap. 4.

Interordinium) Spatiũ quod eſt inter duos ordines, dicitur interordinium, ſicut interuallum inter columnas, intercolumnium nominatur. lib. 3. cap. 13.

Ad intertriginem) Intertrigo corporis uitium eſt, fit autem id malũ, quando femina, id eſt, coxæ interiores equitatu aliáue de cauſa atteruntur. Græci dicunt pacatrimma. Docet M. Varro intertriginem, & intertrimentum ab eodem uerbo deriuari, cuius uerba ſunt hæc, Intertrimẽtum ab eo, quod duo, quæ inter ſe trita, & diminuta, à quo etiam intertrigo dicta. M. Cato, Intertrigini (inquit) remedium eſt: cum in uia ibis, abſynthij pontici ſurculum ſub anulo habeto. lib. 6. cap. 32.

Intritam) Intrita uocabulo generali dicta eſt, ab intritu. Interdũ eſculenta eſt, ſæpius alijs rebus accommodata. Ait Terent. in Phor. Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedẽdum. Expoſuit Donatus hoc, inter ruſticos de alliato mortarij dici ſolere: Proprie enim, inquit, intrita dicitur huiuſmodi cibus. Alia res eſt Catonis intrita, hoc eſt, emplaſtrũ, ad inſitionem, cui emplaſtrationi nomen eſt, maxime idonea. Pli. in 17. Sed id etiã apud ueteres Græcos inuenitur, & apud Catonẽ, qui oleam, ficúmq; ſic inſeri iuſſit menſura etiã præfinita, ſecundũ reliquam diligentiã ſuam cor-

tiæs ſcalpro excidi quatuor digitorum longitudine, & triũ latitudine, atque ita coagmentari, & illa ſua intrita oblini: hic uidetur intrita pro fece uini poni, ſicut infrà ponitur intrita folliculorum, quibus acina uuarum conteguntur. lib. 11. cap. 40.

Niſi interuaſeris) Sicuti ſupra, ita hic quoque corrigendum eſt, interraſeris. Nanque interradi dicuntur arbores, quando rami intermedij ſuccíduntur, quoniam denſitas officit: ideóque laxioribus interuallis ſerendæ ſunt arbores: interradi gaudent oliuæ, auctore Plin. Columel. lib. 5. cap. 8. & 11. cap. 19.

Inula) Iulia Auguſta illuſtrauit inulam, dum ea ueſcitur quotidiano cibo. herba eſt hortenſis, amara, & per ſe ſtomacho inimiciſſima, eadem dulcibus mixtis ſaluberrima. Defectus præcipuè ſtomachi excitat. lib. 11. cap. 3.

Inurinare) Innatare, & mergi. Vrinantes uocant, qui ſub undis natant, quorum frequens mentio apud Plinium. Vrna, ut docet M. Varro, ex eo dicta quòd urinatur, id eſt, mergitur ad hauriendam aquam. Firmicus Maternus docet urinatores habere in horoſcopo ſidus delphini. lib. 8. cap. 14.

Totius iugi) Vinearum multæ ſpecies ſunt, aliæ humiles, ac ſine palis, aliæ ſublimes, ut quæ appellantur iugatæ, ut pleræque in Italia: quibus ſtat recta uinea dicuntur pedamenta, quæ tranſuerſa iugantur, iuga nominantur, ab eo quoque uineæ iugatæ dictæ. Iugorum fere ſunt genera quatuor: Pertica, arundo, reſtes, ac uites. Iugationis ſpecies duæ, una directa, altera compluuiata, hoc eſt, in longitudinem, & latitudinem iugata, dicta à cauis ædium compluuijs. lib. 4. cap. 18.

Iugario ad circumeundum) Nomine iugarij is ſigni-

ficatur,qui iungit boues, iugúmque imponit, demittitque. libro 6.cap.6.

Iugeratim)*In ſingula iugera, aduerbium eſt,ea figura formatū,qua templatim,pagatim, uicatim,& alia ſexcenta hoc genus.lib.3.cap.3.*

Fracta iuga)*Genus eſt uineæ,quam uocant iugum.*Fit *autem cum defixis humi palis annectuntur ſingulæ tranſuerſæ perticæ, per quas prorepunt uitis pampini.* Id *genus iugi canterium uocant ruſtici,inde iugata uinea ſcriptoribus ruſticationis nuncupata.lib.11.cap.2.*

Ad iuſta)*Integra,& plenā ſine diminutione.li.6.c.29.*

Iuuentus) *In apibus dicitur decenter iuuentus, gens, populus,plebs,& cætera hoc genus, tranſlatione ab hominibus facta.lib.9.cap.12.*

L

Labello)*Nomen eſt uaſis,diminutiuum à labro,de quo* M.Tullius:*Labrum ſi in balneo non eſt,cura ut ſit.*Villi*cus habere debet ex præſcripto* Catonis *labrū uinariū,labra aquaria quinq;,labrum lupinariū unum.lib.12.ca.28.*

In Lacinias) *In particulas, ut ſeparatim diſtributus, & particulatim diuiſus bene conualeſcat:uocabulum ductum à lacinijs ueſtimentorum quæ cæſuratim ſectæ, & quaſi diuiſæ ſunt.*Infra ait,Separatim *laciniæ deducantur.lib.7.cap.6.*

Laconicis excoquimus)*Balneæ ardentes, ne dicam calentes, fuerunt in uſu quotidiano priſcorum, quibus perſuaſiſſimum habebant in corporibus cibos coqui, & cruditatem digeri.*In *balneis erant tepidaria,caldaria,frigidaria : erant & ſudatoria, quo ex genere eſt laconicum. ubi ſudando,exercendóque corpus, cruditatem digerebāt, & appetentiam edendi prouocabant.* Scribit Vitruuius

laconicum, ſudationéſque coniungendas eſſe tepidario, qui ſaturitate epularum immodica crudi erant, & cacoſtomachi cruditatéque laborabant: hi ad balneas confugiebant, & in ſudatorijs, laconicíſque ſudorem euocabãt: ita ſtomachi cruditatem digerentes, quam epulæ copioſiores afferunt. Cor. Celſus *docet ſudorem elici duobus modis, aut ſicco calore, aut balneo: ſiccum calorem eſſe laconicorum, quæ utilia ſunt, quoties humor intus nocet, íſque digerendus eſt.* Conſimiliter Seneca *in epiſtolis moralibus carpens hunc uentricolarum morem ſic refert: Quid mihi cũ iſtis calẽtibus ſtagnis? quid cum ſudatorijs? in quęis ſiccus uapor corpora exhauſturus includitur, omnis ſudor per laborem exeat.* Poetæ Satyrici *conſono ore carpentes ingluuiem helluonum: quorum deus uenter eſt, conſimiles ſententias numeris poeticis complexi ſunt.* Horatius, *Crudi tumidíque lauemur.* Perſius, *Turgidus ſic epulis atque albo uentre lauatur.* Iuuenalis, *Crudum pauonem in balnea portas.* Igitur Columella *ſatyrico morſu, & canina facundia inuectus in delitias luxurioſorum ait,* Romanos *ſaturos cibo, potúque diſtentos, excoquere digereréque quotidianam epularum cruditatem in laconicis, hoc eſt, ſudatorijs, ubi ſudores digerebant, & ita apti rurſus ad ganeata cibaria, cœnáſque eſculentiores reuertebantur. Laconicum autem, ut* Dion *tradit, à* Laconibus *dictum eſt inuentoribus: quoniam nudi, unctique ante alios in hiſce ſudatorijs exercebantur.* Plinius *autumat id genus inſtrumenta peſſum dediſſe mores bonos, & debellaſſe corpora* Romanæ *iuuentutis.* Col. *in præfa. lib. 1.*

Lacon) *Auctor eſt* Pollux, *generoſas canes eſſe* Laconicas, Arcadicas, Argolicas, Celticas, Ibericas. *Tradunt antiquitus* Lacenas *canes ex uulpibus, canibúſque progenitas:*

& ob id uocari Græco uocabulo ἀλωπεκίδας, quaſi à uulpe uulpinares.lib.7.cap.12.

Lacuſculos)Loculos,ſiue loculamenta diſcluſa ut unum quodque genus ſeorſum,ac ſeparatim reponatur. M.Varro loculatas piſcinas appellat in quibus generatim diſcluſi piſces continentur.Diminutiuum eſt à lacu,& ſignificat uas torcularis.lib.12.cap.50.

Auium laniſtæ) Sicut laniſta comparat familias gladiatorum,eáſque edocet armorū diſciplinam,ut mox uendat munerarijs , ita per tranſlationem dicuntur laniſtæ auiū,qui gallinas parant, inſtruúntque ad certamen,qui mos hodiéque durat apud Boemos:ubi primores præparāt gallos gallinaceos pugnæ quaſi gladiatoriæ,fiúntque ſponſiones pretij non parui,dum unuſquiſque pecuniam largam deponit:quam aufert dominus uictoris gallinacei.Plinius refert,Pergami omnibus annis ſpectaculum gallorū publice edi ſolitum,ceu gladiatorum.lib.8.cap.2.

Vel de lapide noxium)Serui dicuntur de lapide empti, propterea quòd uenales ſerui aſtabant in lapide,foro Romano ubi præco uenales proclamabat. Hinc illud Plautinū,In eo aſtas lapide,ubi uenales præco prædicat.M.Tullius,in oratione contra Piſonem,non minus ſcíēter, quàm eleganter tribunos duos dixit eſſe de lapide emptos, quia mercede redempti fuerant,ut fauerent Clodio, ſicut ſerui de lapide pecunia comparantur. Labitur Merula errore manifeſtario,qui enarrans hunc locum Columellæ exiſtimauit id totum referendum eſſe ad eos,qui de Capitolino lapide deijciebantur, quod quàm ridiculum ſit interpretamentum, penitúſque ab intellectu ſcriptoris diſſentiens, quiuis uel mediocriter eruditus intelligit.lib.3.cap.3.

Lapſanæ)Olus eſt ſilueſtre trium foliorum,diui Iulij

carminibus præcipue iocis militaribus celebratum: alternis quippe uerſibus exprobrauere lapſana ſe uixiſſe apud Dyrrhachium, præmiorum parſimoniam cauillantes. Eſt autem id, ut inquit Plin. cima ſilueſtris.

Exiguum laſeris) Virgultum clariſſimum eſt, nomine laſerpitium, quod Græci ſilphion uocant, cuius ſuccum uocant laſer, magnificum in uſu medicamentiſque, & ad pondus argentei denarij penſum. In Cyrenaica prouincia præſtantiſſimum, unde epitheto optimo Catullus Cyrenas laſerpiciferas nominauit. Pallad. Græco uocabulo opon Cyreniacū appellat laſer, quaſi ſuccum Cyrenaicum. Galenus quoque opij Cyrenaici mentionem crebro facit, intelligi uolens hoc laſer: quanuis mendoſe hæc dictio legatur in codicibus impreſſis. Plinius de laſere ſcripſit hæc: Laſer ex ſilphio profluens inter eximia eſt naturæ dona numeratum: pluribus compoſitionibus inſeritur, per ſe autem algores excalfacit. Potum neruorum uitia extenuat, fœminis datur in uino. à laſere laſerpiciatum acetum dictum. lib. 5. cap. 8.

Neque latere) Id eſt pariete lateritio, & ſtructura ex lateribus coctis facta. Col.

In uentrem lateſcunt) Lati fiunt prægrandéſque & uentricoſi. lib. 2. cap. 10.

Lentorem) Vulgo uiſcoſitatem uocabulo barbaro appellant. Lentor dictio eſt infrequens: ſed oppido quàm elegans, Plinianique ſplendoris. lib. 6. cap. 4.

Leucoia) Candida uiola hoc nomine nuncupatur: nam Græci leucon candidum, & ion uiolam dicunt. li. 9. ca. 4.

Superpoſita libella) Norma eſt ſiue inſtrumentum quo libratores aquarum utuntur. Structuras ædificiorum, ut inquit Plinius, ad normam, & libellam fieri, & ad per-

pendiculum reſpondere oportet. In alia ſignificatione libella in argento ſignificat decumam partem denarij nummi. ſembella, dimidium libellæ. lib. 3. cap. 13.

Liberǽque) Libera dea eſt, per cuius beneficium fœminæ emiſſis in coitu ſeminibus liberentur, unde & nomen, quam etiam Venerem eſſe putant. auctor Auguſt. in ſexto de ciuitate dei. Quidam autumant Liberam eſſe uxorem Liberi patris, hoc eſt Bacchi: numen utriuſque in bacchanalibus celebratur. lib. 12. cap. 18.

Ligula) Nomen menſuræ paruæ, inſtar coclearis, à linguæ ſimilitudine ligula dicta. Quidam grammatici pertinaciter contendunt lingulam dici debere potius, quàm ligulam, quos hoc diſticho taxat Epigrammatiſta, Quanuis me ligulam dicant equitéſque patréſque, Dicor ab indoctis lingula grãmaticis. Plinius lib. 20, Sunt qui comitialibus morbis dandum putant ligulæ menſura. Ligulã quoque dicimus uinculum calceorum, de qua Iuuen. Et ligulas dimittere ſollicitus. Lingulam dixere ueteres gladiolũ oblongum in ſpeciem linguæ factum. lib. 12. cap. 22.

Ligone) Ferramentum eſt ruſticum à legendo dictum: nanque eo propter latitudinem id quod ſub terra eſt, facilius legitur. Vlpianus inter inſtrumenta fundi, quæ culturæ utilia ſunt, enumerat ligones. lib. 2. cap. 16.

Liguſtici) Liguſticum eſt olus ſiue herba hortenſis à Liguria nominatum. Plin. in XVIII, Liguſticum ſilueſtre eſt in Liguriæ ſuæ mõtibus, ſeritur ubique: ſuauius ſatiuum, ſed ſine uiribus: panacem aliqui uocant. Apitius cõdimentis apitianis frequenter immiſcet liguſticum. lib. 12 cap. 57.

Lirantur) In liras digeruntur ſulcantúrque factis porcis, de quibus ſupra ſcripſi ſatis diligenter. lib. 11. ca. 2. hinc liratim aduerbium, per liras. lib. 11. cap. 3.

gg.i.

Muſtum lixiuium) Plinius & Græci ſcriptores protropon uocant muſtum ſponte defluens antequam calcentur uuæ. lib. 11. cap. 41.

Fœminæ locis) Id eſt genitalibus & naturalibus equæ. Locos proprie appellãt genitalia mulierum. Plinius, Fœminis eadẽ omnia præterquam ueſicæ iũctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellãt, hoc in reliquis animalibus uuluam. M. Cato, Mulier ſi eo lotio locos fouebit, nunquam hi uiroſi fient. Corn. Celſus, Quæ locis laborat, aut difficulter partum edit, ſternutamento leuatur. lib. 8. cap. 11.

Loculamenta) Loculi ſunt & receptacula quæ apud nos fiunt uiminea, & ordine collocantur in periſterotrophio, in quibus nidificant columbæ. M. Varro loculatas piſcinas decenter appellat quibuſdam quaſi loculamentis diſtinctas, ubi diſpares diſcluſi piſces habentur. lib. 8. cap. 8.

Locuſtæ) Locuſtas intelligit, quæ ſunt in genere ſectorũ, quas Græci ἀκρίδας uocant, de quibus multa Plinius noſter in undecimo. Eccleſiaſtici conditores memorant olim locuſtam totam execiſſe AEgyptum. olim à locuſtis ciuitas in Africa pulſa eſt. Aliàs locuſtæ ſunt piſces. Fuit & Locuſta fœmina uenefica, cuius Trãquillus, Tacitus, Iuuenalis commeminerunt. lib. 8. cap. 11.

Ad lucubrationem ueſpertinam) Ruſtici duas habent lucubrationes, eáſque maxime noctibus hibernis: alteram ueſpertinam, alteram matutinam, quam antelucanam uocant: quia ante lucem euigilant. Literatis quoque conſimiles ſunt lucubrationes, magna tamen diſſimilitudine diſparatæ. Siquidem ruſtici lucubrantes ruſticana opera efficiunt, & uilia: literati uero diuina, & immortalia: illi corpus, hi ingenium exercent, illi manus mouent in canabe,

& ligno & materia,hi inter chartas,& calamos ſcriptorios ſunt occupati,qua occupatione, nihil honeſtius, nihil poteſt eſſe præſtantius.lib.11.cap.2.

*Optima habentur à lumbis)*Membra hominis,*& partes ad alias quoque res decenti tranſlatione tranſferũtur. nam montibus poetæ perſæpe dant caput, humeros, pedes.*Nec Columella *in uitibus lumbos, & humeros,indecenter appellat eas partes,quæ,ſi uitem metiaris,ut hominem,obtinent uicem lumborum,& humerorum.*Cum *ſimiliter* Plinius *dat uitibus digitos, pollices,caput, crines, alia quoque humani corporis membra.* Idem *tradit ab humeris arborum ſurculos petendos eſſe ad inſitionem.*Col. *lib.de arb.cap.3.*

M

*Maceria)*Sepimento. Plautus *in* Truculento, *Maceria illa in horto in ſingulas noctes latere fit minor.* M.Var*ro docet maceriam in fundo eſſe fabrile ſepimẽtum, cuius ſpecies ſunt quatuor,quod fit è lapide,quod è lateribus coctilibus,quod è lateribus crudis,quod ex terra,& lapillis compoſitis informe.lib.de arb.cap.18.*

Maceſſat) Legendum *eſt maceſcat,hoc eſt, macer fiat.* Plautus,*Maceſco,tabeſco,conſeneſco miſer.lib.7.cap.3.*

Malagmatis)Malagmata medicamenta quæ molliunt, unde & nomen.lib.6.cap.16.

*Maleorum)*Corrige *malleolorũ.*Sunt *enim malleoli uocabulo apud ſcriptores rei ruſticæ frequentiſſimo, ſurculi uitium utrinque capitulati, & ob id malleoli nuncupati, perinde ac mallei effigiem repræſentantes.lib.3.cap.21.*

Malignis lignis) A' *malo arbore pomifera malignum lignum dici arbitror.* Plin.*melinum unguentum celebrat, ex eo dictum,quòd ex malis cotoneis fit.*Nam μῆλον Græ-

cè malum appellatur.*lib*.7.*cap*.8.

Marathitē)*Lego marathritē,hoc eſt uinū ex fœniculo cōcinnatum,quod* Græci *marathron uocant*. *lib*.11.*cap*.35.

Maritabis)*Dicuntur decentiſſima tranſlatione arbores maritari,quando illis uitis copulatur*.Plin.*conſimiliter*, Alternis, *inquit, ſeruantur brachia, alternis putantur annis,ſexto anno maritantur*.Horatius *quoque dixit in* Epodo,Altas *maritat populos*.*lib*.*de arb*.*cap*.16.

Materiam ſubmittito)*id eſt, pampinum educato, producitóque ad incrementum,ut mox fructū ferat. frequens uerbum apud* Columellam *in hoc ſignificatu,ſicut & materia pro uirga ſiue palmite uitigineo*. In *ſexto ait idem*, Materiā *uocamus palmitem,ea & fructum,& noua flagella bene procreat*.Aliâs *materiæ appellatione ſignificatur omne lignum accommodatum ad ædificandum*. Ideóque *ſcribit* Vlpianus:Si *cui legata ligna ſunt,ei arbores materiæ cauſa ſuccíſas non deberi. & ut auctor eſt* Paulus, *perticæ & pali in numero materiæ redigēdi ſunt,& ideo lignorum appellatione non continebuntur*. Hinc *materiarius uocabulo* Plautino *dictus faber tignarius, & fabrica materiaria* Plinio *nuncupatur fabrica tignaria,quam* Dædalus *inuenit*.Apud Vitruuium *uerba ſunt materiari,& materiationes*.Apud M.Tullium *ædes malæ materiatæ,id eſt,tignis,trabibúſque male fultæ, maléq; adminiculatæ, & ob hoc uitium facientes*.*lib*.*de arb*.*cap*.1.

Matrices)Q*uæ fiunt matres, & progenerant. uulgo matricem uocant genitalia fœminæ,qua fœtus ipſe concipitur, continetúrque*. Eruditiores *matricem ponunt pro ea quæ fœcunda eſt,& mater fit,& parit*. Infrà *loquens de gallinis, inquit*, Sint *matrices robuſti corporis.& eſt hæc dictio in hac ſignificatione prope in uſu* Columellæ. Sue-

tonius arborem appellauit matricem, ex qua planta tantum foret. Videor, ſi memoria non labat, legiſſe apud Plinium, uno tantum in loco matricem poni pro locis genitalibus ſecundum uulgarem ſignificatum. lib. 7. cap. 3.

Mediaſtinus) Significat ſeruũ miniſterio ruſtico priuatim attributum, quod ſane erat laborioſum. Sed quod in agricolatione ſit id officiũ mediaſtini, non ſatis liquet, niſi accipias pro eo qui balnea curat & domum. Quidam etymõ mediaſtini deducũt, à medio aſtu, id eſt, ciuitate, quaſi in media ciuitate uerſetur, & mediæ urbis incola ſit, quæ ſignificatio planè conuenit cum illo Horatiano carmine, Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Quidam mediaſtinum à medio ſtando uocari memorant. non pauci mediaſtinos tradunt dici uiliſſima quæq; mancipia, qui abiectiſſima quæq; officia tam in agro, quàm in urbe inter ſeruos peragunt, ut omnibus pareãt, nullius imperiũ detrectantes, quaſi in medio, ac propatulo ad omniũ domeſticorũ iuſſa præſto ſint. De mediaſtinis Nonius, Porphyrio, Priſcianus. Ego re ſolerter, curioſéq; perpenſa, uideo apud Columellam mediaſtinos proprie intelligi eos operarios, qui in ſtudio agricolationis uerſantur, quales ſunt occatores, ſarritores, runcatores, meſſores; hoc ſignat ipſe Columella ſcribens in ſecundo, poſſe ducentorum agrum iugerum ſubigi duobus iugis boum, totidémque bubulcis, & ſex mediaſtinis. nam præter bubulcos mediaſtini ſex, qui alij intelligi poſſunt, quàm hi qui reliqua opera præter arationem in agricolatione conficiunt? ut eſt ſarrire, runcare, occare, metere, & cætera hoc genus. ſunt autem quaſi hi in medio aratorum, & uinitorum conſiſtentes. lib. 1. cap. 9.

Viridem medicam) nomen eſt herbæ pabularis, de qua Virgilius, -tunc te quoque medica putres Accipiunt ſulci.

Columella in ſecundo inter genera pabulorum, eximiam ſcribit eſſe herbam medicam, quòd ſemel ſeratur decem annis omnibus.lib.7.cap.4.

*Melicum)*M. Varro, *Ad hanc rem electis maximis gal linis, nec continuo his quas melicas appellant falſo, quòd antiqui,ut thetin,thelin dicebant,ſic medicam,melicam uo cabant,hæ primo dicebantur,quia ex Media propter magnitudinem erant allatæ, quæque ex his generatæ poſtea propter ſimilitudinem.lib.8.cap.2.*

Melificijs) Melli *conficiendo, operíque mellifico.libro 9.cap.13.*

Meliſſones) Græci μελίσσαι *uocant apes, unde meliſſones dicuntur apiaria,quæ mellaria quoque nominitant, loca uidelicet in quibus ſiti ſint aluei apum.*Loca *quibus paſcuntur anſeres,* Græca *uoce nuncupant chenotrophia: nam* χὴν *dicitur anſer.* Leporaria *dicuntur loca quibus uidelicet lepores incluſi paſcuntur, quanquam* M. Varro *leporaria intelligi uelit omnia ſepta ædificia uillæ, quæ habent incluſa omnis generis animalia quæ paſcuntur.* In *leporario(inquit)apri fuerunt multi.*Scipio, *qui puriſſime locutus eſt, roboraria appellat uiuaria ferarum, à roboreis tabulis,quibus ſepiri ſolent.lib.8.cap.1.*

*Melimellis)*Nomen *eſt liquoris, compoſito uocabulo ex malis,hoc eſt cydonijs, & melle.lib.12.cap.45.*

Menſtruus fiat) Id *eſt,ne id menſe uno impendatur, abſumatúrque, quod per totum annum ſufficere debet. libro.12.cap.1.*

*Mentigo)*Videtur *in agnis, & hœdis mentigo id fermè malum eſſe, quod in hominibus mentagram appellant.* Vtriuſque *uocabuli etymon à mento eſt, quoniam ab ea parte ferè oriebatur, fœdíſque ulceribus mentum,*

os,labra obſidebat.lib.7.cap.5.

Multi mergis) Videntur mergi eſſe ferramenta idonea metendis frugibus, quæ à Plinio mergites appellantur, ſic ſcribente, Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duos mergites ſpica diſtringitur. Notum eſt illud Maronianum, Aut fœtu pecorum, aut cerealis mergite culmi. Exponunt grammatici mergites dici manipulos ſpicarum: quo intellectu an hic & apud Plinium mergi mergitéſque accipi poſſint, æſtiment eruditi. aliàs mergus dicitur in uinea, ubi ſupra terram uitis curuatur iuxta ſuum adminiculum, à mergendo uidelicet nominatus, de quo Palladius hæc, Mergum dicimus, quoties uelut arcus ſupra terram relinquitur, alia parte uitis infoſſa. Mergi poſt biennium reciduntur in ea parte quæ ſuprà eſt, & in loco iuſtas uites relinquunt. lib.2.cap.21.

Mergis propagare) Mergus genus eſt propagationis, ubi ſcilicet uitis iuxta ſuum adminiculũ curuatur, atque perducitur ad uacantem palum, à mergendo dictus. Inſtar enim arcus curuatura fit in mergo, & ex arcu euocatur materia, quæ protinus applicata ſuo pedamento ad iugum trahitur. Vitis celerrime prouenit propagata mergis, qui Columellæ maximè probantur. lib.4.cap.2.

Simile miliario) Miliarium nomen eſt uaſis: quo, ut oſtendit Cato, utebantur in trapeto. Palladius docet altum & anguſtum formari ſolitum, qui hoc idem memorans quod Columella, ſic refert: Vas æneum miliario ſimile, id eſt altum & anguſtum, ueſpere intus cum lucerna collocemus, & in fundo eius ponamus lumẽ accenſum, illuc papiliones conuenient, & circa lumen uolitabunt & anguſtia uaſculi ab igne proximo in terra cogentur. libro 9.cap.14.

Patiere minime) Ad minus, *ut uulgo dicitur: eloquutionis genus Columellæ peculiare. Plinius in eo ſignificatu dicit minimum. lib. de arb. cap. 16.*

Mas & fœmina aratro) Mos *fuit priſcorum in condendis urbibus, ut conditores taurũ, & uaccam ſimul iungerent, cincti ritu Gabino, tenentes ſtiuam incuruam, ut glebæ omnes intrinſecus euaderent, & ita ſulco ducto loca murorum deſignabant, aratrum ſuſpendentes circa loca portarum. Ex hac antiquorum conſuetudine tractum eſt illud Virgilianum,* Interea AEneas *urbem deſignat aratro.* Hinc Ouidius *quoq; ſcribit in* Faſtis, Inde *premens ſtiuam ſignauit mœnia ſulco, Alba iugum niueo cum boue uacca tulit.* Videtur Colu. *mutatus eſſe hæc ex* M. Varrone *ita ſcribente,* Et *æs antiquiſſimum eſt, quod conflatum, pecore eſt notatum, & quod urbs cum condita eſt, tauro & uacca, qui eſſent muri & portæ definitum.* Colum. *in præfatione lib. 6.*

Molitæ) Mola *contuſæ, media correpta pronunciatur molitum. lib. 6. cap. 9.*

Mucidas & exeſas) Q*uodam quaſi mucore obductas corroſáſque.* Mucor *peculiare uitiũ eſt uini.* Lex *uendendo uino eſt, ut neque muceat neque aceat.* Proprium *eſt, ut* Plinij *uerbis utar, inter reliquos liquores uino muceſcere aut in acetum uerti.* Satyricus *poeta dixit,* Mucida *fruſta farinæ, intelligi uolens panem cibarium prædurum, ac mucore ſitúque inamabili obductum.* Plinius *ait graceſcere uitem ac emucidam exire totam in fœtum niſi recidatur. lib. de arb. cap. 6.*

Mundum muliebrem) Appellatione *mundi muliebris ſignificatur ornatus, quo matronæ fiunt mundiores, elegantioréſque.* Iuriſconſultus *autumat eo contineri ſpecula, ma-*

tulas, unguenta, uaſa unguentaria, & ſi qua ſimilia dici poſſunt, ſeparátque mundum ab ornatu, tanquam mulier poſſit eſſe munda, nec tamen ornata. Verùm oratores, & hiſtorici luculenti, quorum auctoritas apud me in elegantia Latinitatis pro ratione eſt, mundum muliebrem accipiunt pro ornatu matronali, cultúque, & eo quidem precioſiſſimo, ut puta auri, purpuræ, & gemmarum. Ero interim contentus uno exẽplo, quod ſuppetit Liuius: Mundiciæ ornatus, & cultus, hæc fœminarum inſignia ſunt, his gaudent & gloriantur. Hunc mundum muliebrem appellauerunt maiores noſtri: quid aliud in luctu, quàm purpuram, atque aurum deponunt? quid aliud cum eluxerunt, ſumunt? Lucilius ſatyrographus mundum muliebrem non maſculino genere, ſed neutro appellauit his uerſibus, Legauit quidam uxori mundum omne penúque. Quod mundum, atque penum? nam quis dijudicet iſtud? lib.12.cap.3.

Muria dura) Muriam duram ſic faciunt: Dolium oris patentiſſimi aqua cæleſti replent ſiue fontana, tum indũt ſportam inncẽã plenam ſale candido, qui quandiu liqueſcet, ſignum erit nondum eſſe muriam maturam, itaq; ſubinde alius ſal tandiu ingeretur, donec in ſporta permaneat integer, nec minuatur. quod cum animaduerteris, tunc ſcias muriam habere maturitatem ſuam. Eſt aliud muriæ maturæ experimentum: nam ubi dulcem caſeum dimiſeris in eam, ſi peſſum ibit, ſcies eſſe adhuc crudam: ſi innatabit, maturam. In alio ſignificatu muria nomen eſt exquiſiti liquoris, qui ex thymo fit præſtantiſſimus. Antipolis muria laudatur. hinc illud Epigrãmatiſtæ: Antipolitani (fateor) ſum filia Thynni. Muriatica Plautino uocabulo dicuntur ſalſamenta. lib.6.cap.30.

Murinus) A *mure color murinus dici uidetur: alij à mura deducunt, quem* Palladius *mureum uocat, atque inter colores equinos maxime probari: uulgo murellũ uocitant. lib.6.cap.37.*

Muſcantur) Muſco *herba inuoluuntur, conteguntúrque ut quodam ſeu tegumento ueſtitæ aduerſus frigora muniantur: & ne ſole findantur.. lib.11.cap.2.*

Mutuli) Sunt *mutuli in ædificijs quædam projecturæ prominentes in parietibus, de quibus ait* Vitruuius, *in quarto ſcribens:* E *cantheriorum proiecturis mutulorum ſub coronis rationem inuentam eſſe, ita ferè in operibus lapideis, & marmoreis mutuli inclinatis ſculpturis deformantur.* Ait M.Varro *mutulos præbere ſedilia auibus.* Idem *refert mutulos in pariete pro columbarijs eſſe ponendos. lib.8.cap.9.*

N

Napinæ, rapinæ) Id *eſt, ſationes naporũ raporúmque.* M.Cato: Rapinam *& coles rapicij unde fient, & raphanum in loco ſtercorato bene, aut in loco craſſo ſerito.* Annotandum *dici rapicium à* Catone, *prout uulgo uernacula dictione uſurpatur.* Rapina *in hoc ſignificatu media correpta pronunciatur. lib.11.cap.2.*

Nauus) Q*ui ſit nauus, cognoſces ex contrario, quod eſt ignauus.* M.Tullius *in* Oratore, Noti *erant, & naui, & nari, quibus cum in præponi oporteret, dulcius uiſum eſt, ignoti, ignaui, & ignari dicere, quàm ut ueritas poſtulabat. lib.7.cap.9.*

Picis Nemeturicæ) A *loco nomen accipit, ut* Nemeturica *diceretur. lib.12.cap.24.*

Nepa) Nepam *dicunt eſſe ſcorpium, quanuis quidam cancrum dici exiſtiment.* M.Tullius, Pectúſque *nepai. lib.*

11. cap. 2.

Nepotum fructu) *Palmites in uitibus nepotes nominantur, tranſlatione facta ab hominibus, hominúmque ſobole. Infrà quoque inquit,* Nepotes *natos diſcerpemus. lib. 3. cap. 6.*

Neſotrophij) Neſotrophium *nomine* Græcanico *dicitur locus in quo anates aluntur.* Græci *enim* νῆσσαν *uocant anatem, & τροφὴν, alimentū.* Scribit Plutarchus Catonem Cenſorium *aluiſſe domeſticos ægrotos carnibus neſſarum, & phaſſarum: expone anatum, & palumborum.* Græce φάσσα *dicitur palumbus.*

Sine nitro) *Qui uult braſſicam uiridem efficere in coctura adhibeat nitrum, cuius natura non multum diſtat à ſale.* Hinc *exijt illud* Epigrammatiſtæ,

Ne tibi pallentes moueant faſtidia caules,

Nitrata uiridis braſſica fiat aqua. Plin. *In coquenda braſſica nitrum uiriditatem cuſtodit.* Apitius *quoque inquit, ut omne olus ſmaragdinum fiat, cum nitro coquatur, olus autem ſmaragdinum pro uirenti poſitum eſt, à uirore ſmaragdi, qua gemma nihil eſt uiridius. lib. 11. cap. 3.*

Nomenculationis) Nomenculaturæ, *nominationíſque: uocat enim eleganter aucupium nomenculationis diligentiam illā immodicam, atque ſuperuacaneā percenſendi nominatim uocabula omniū uitium, quarū infinitus eſt numerus, infinitǽque appellationes. de ſeruo nomenclatore ſcripſimus affatim in* Trāquilli *commentarijs. lib. 3. cap. 2.*

Optima nomina) Id *eſt, debitores.* Liuius *nomina impeditiora, uocat malos debitores.* Apud Iuriſconſultos *locutio uſitatiſſima eſt, ut nomina pro debitis, & debitoribus uſurpentur.* Hinc *illud* Scæuolæ: Filio *meo nomina ex* Calendario *quæ elegerit filius meus ſibi* X X *dare damnati*

ſunto, ſine dolo malo. & cum omnis prope ſubſtantia Calendarij XX *nominibus contineretur, quæſitum eſt, an huic filio eorum nominum electio ſit permittenda.* In *topicis argumenta ducuntur ex ea pecunia, quæ in nominibus debeatur.* Apud Satyricum *poetam nomen hoc intellectu accipiendum eſt in eo uerſu,* Cum *uenit ad dubium grandi cum codice nomen.* Vbi *codex ſignificat librum, ſiue* Calendarium, *in quo ratio accepti, expenſique perſcribitur, de quo ſic inquit* M. Tullius: Non *refert parua nomina in codice. id eſt, paruas ſummas debitæ pecuniæ, non ſcribit in codice accepti, & expenſi, in quo nomina, id eſt debitores, digerere, & diligenter perſcribere negotiatores menſarij' que conſueuerunt.* Illud Senecæ *ſat notum:* Nũ*quam magis nomina facio, quàm cum dono.* Quo *ſententialiter oſtendit, debitores ueros parari liberalitate oportere. lib.1. cap.7.*

Nomophylacas) Vocabulũ *Græcum, ſiue Græcanicum eſt: quod ſignificat legum cuſtodes.* Tradũt *Græci ſcriptores, nomophylacas fuiſſe apud* Athenienſes *magiſtratum quendam, qui cogebat primores uti legibus.* Differunt *à nomothetis nomophylaces, quoniam hi cuſtodes ſunt legum, illi conditores.* M. Tullius *in libro de legibus ſic refert,* Græci *hoc diligentius, apud quos nomophylaces creantur, nec hi ſolùm literas (nam id quidem etiam apud maiores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſeruabant, ad legéſque reuocabant. lib.11. cap.3.*

Vini nota) Eſt *uinum primæ notæ, quod eſt generoſiſſimum, & ſecundæ, & tertiæ notæ, id eſt, ſecundi, & tertij loci, atque ita gradatim prout bonitate præſtat, dicitur quæcunque uini nota, pro, uinum quodcunque, tam nobile, quàm ignobile.* Horatius, *Chio nota ſi commixta* Fa-

lerni eſt.lib.11.cap.19.

Noxæ dedimus uelut carnifici) Verbum eſt iuriſconſultorum, quod ſignificat tradere ſeruum nocentem ob noxam,id eſt delictum actori iniuriarum. Nam quando ſeruus deliquerat, licebat domino deditione ipſius corporis, quod deliquiſſet,euitare litis æſtimationē. Detracta noxæ deditione,dabatur noxalis actio in dominum:qui ſi deceſſiſſet, hæres eius non tenebatur, ut docet Vlpianus, titulo de noxalibus actionibus. Igitur nunc quadam decenti ſimilitudine conqueritur Columella rem ruſticam dedi, ac tradi peſſimis ſeruis,uelut carnificibus tanquā nocentem, ac peſſime tractandam, ſicut ſeruus qui deliquerat à domino dedebatur illi,cui nocuerat:& per eam noxæ deditionem tranſferebatur dominium in actorem. Dedita autem noxæ mancipia à nouo domino male mulctari, tractaríque ſolebant. Hinc obnoxius obligatus pœnæ dictus ob noxam,id eſt,delictum.Col.in præfat.lib.1.

Nubilarium applicari) Ruſticum ædificium eſt nubilarium,à nubilo aere dictum,ſub quo totam meſſem fundi,& ſemitrita frumenta conferre ruſtici conſueuerunt,ſi repentinus imber per trituram interuenerit. Id autem nubilarium iuxta aream eſt faciendum. dicitur & nubilar. lib.1.cap.6.

Numellis) Numellæ, quarum mentio fit à Plauto,ſunt uincula,quibus quadrupedes in paſcuis deligantur, unde & nomen impoſitum eſt:ſiquidem Græca uoce νομαὶ dicuntur paſcua, unde & Apollo Nomius creditur eſſe cognominatus.lib.7.cap.8.

Numidicam dicunt) Diſſentit à Varrone ſcribente,gallinas Africanas à Græcis appellari Meleagrides,tāquam res una ſit,nomina tria:ut Africanæ,Numidicæ, Melea-

grides pro uno, eodémque auitio habeantur. Sunt autem gallinæ gibboſæ uarijs plumis ſparſæ, quæ ob id à Martiale dicitur guttaæ Numidicæ: ab Horatio, Afra auis. de his intelligi uoluit Papinius in ſiluula, Quas udo Numidæ legunt ſub auſtro. libro.8.cap.2.

O

Obeſcant)Eſca paſcunt, ac ſaginant, ab eſca ductum uerbum obeſcare, ſicut & meſcare. lib.8.cap.7.

Opus obibit)Peraget, adibit.. lib.4.cap.24.

Obligat)Alligat: obligare uulnus eſt alligare, faſcijſque uinciri. lib.11.cap.2.

Obſidia)Obſidionem, & inſidias .lib.9.cap.7.

Obſoletior)Squalidior, decoloratiórque. lib.2.cap.11.

Obſtetricum)Obſtetrices dicuntur, quæ præſto ſunt fœminæ parturienti, dictæ ex eo, quòd opem ferant, uel ut interpretatur diuus Ambroſius, quòd obſiſtant, ne fœtus recens editus in terram defluat. Plinius & Ariſtoteles frequenter teſtimonia citant obſtetricum, tanquam in rebus talibus peritiſſimarum: nanque diutino uſu, qui magiſter eſt optimus, exercitatiſſimæ non parum multa melius nouere, quàm medici. lib.7.cap.3.

Cum obſtipæ ſues)Obſtipum uocabulo antiquo dicunt obliquum. Solent hypocritæ triſtes, & adumbrati philoſophi incedere ceruice obſtipa, & capite obliquato. Hinc exijt illud Perſianum: Obſtipo capite, & figentes lumine terram. Horatius, Stes capite obſtipo, multum ſimulis metuenti. Scribit Suetonius Tiberium fuiſſe ceruice rigida, & obſtipa. Plinius noſter memorans & ipſe ſigna ægrotátis ſuilli pecoris, quod à Columella dicitur obſtipum, dixit obliquum: ſic enim inquit, Index ſuis inualidæ cruor in radice ſetæ dorſo euulſæ, caput obliquum in inceſſu.

lib.7.cap.10.

Inoccatum) *Occatione facta ſatum. Occare autem, hoc eſt glebas comminuere ſatores ſolent, & quaſi occidere, unde & nomen. Quidam ab occæcando occationis uocabulum dictum eſſe autumant. Occator nominatur is operarius, qui facit occationem.* Iocus *Plautinus hinc innotuit: Occatorem dicere debebas prius: nam ſemper occant priuſquam ſarriunt ruſtici.libro 2.cap.8.*

Occidit mane) *Occaſum matutinum intelligit.* De *quo* Plinius *ſcitiſſime ſcribit: cum uerò ait,* Exoritur *mane, ſignat ortum matutinum.lib.11.cap.2.*

Tam otij, quàm negotij.) M.Tullius *in oratione pro* Plautio *ſic ſcribit:* Etenim M.Catonis *illud, quod in principio ſcripſit* Originum *ſuarum ſemper magnificum, & præclarum putaui:* Clarorum *uirorum atque magnorum non minus otij, quàm negotij rationem extare oportere.* Econtrario *dicere ſolebat* Galba, *neminem rationem otij ſui reddere cogi.lib.2.cap.22.*

Oculi domini) Maiores *fertiliſſimum in agro oculum domini eſſe dixerant: &, ut auctor eſt* Ariſtoteles *in* OEconomicorum *primo,* Perſa *interrogatus quid equum maxime ſaginaret, oculus domini reſpondit.* Item Libycus *quod ſtercus agro foret utiliſſimum, domini, inquit ueſtigium.* Huc *pertinet ſcitum illud* Catonis, Frons *occipitio prior eſt, quo eleganter ſignificatur frontem, hoc eſt. præſentiam domini, & aduentum plus prodeſſe fundo, quàm occipitium, id eſt, abſentiam, atque diſceſſum.* Alibi *tradit* Columella *oculos & ueſtigia domini res eſſe in agro ſaluberrimas.lib.3.cap.21.*

In OEconomico)M.Tullius *ſecundo de* Officijs *ſic refert:* Has *commodiſſime* Xenophon Socraticus *perſecutus*

eſt in eo libro,qui OE*conomicus inſcribitur,quem nos iſta ferè ætate cum eſſemus, quo es tu nunc, è* Græco *in* Lati*num conuertimus.lib.11.cap.2.*

Oſfa)Maſſula,& fruſtum. lib.12.cap.38.

Oleaſtellum)Ab oleaſtro forma diminutionis deducitur oleaſtellum, tanquam olea hoc etiam nomine dicta ſit,quia ſimilis eſt baccæ oleaſtri, hoc eſt,oliuæ ſilueſtris. lib.12.cap.49.

Oliuitas)Oliuitatem grammatici eſſe dicunt,fructum oleæ.Verum,ut ego ſentio,non tam fructum oliuæ ſignificat hæc dictio,quàm tempeſtiuitatem, tempúſque oliuæ legendæ,ipſámq; collectionem tempeſtiuam,& ut ita dicam uindemiam olei.Hoc docet ipſe Columella qui paulo mox inquit, Media eſt oliuitas, plerunque initium menſis Septembris.lib.12.cap.50.

Vuæ ollares)Scriptores uuas ollares uocant quæ in ollis fictilibus conditæ perẽnant,ſunt durabiles.Plinius tradit Venuculã uuam ollis aptiſſimam. Hinc illud Horatianum:Venucula conuenit ollis. De ollaribus uuis ait Papinianus in hendecaſyllabo,Ollares rogo non licebat uuas. Quidã creta figulina uuas illiniunt,ſiccatáſque ſole ſuſpendunt in uſum diluentes cretam.Liguria uuas ſole ſiccatas iunceis faſcijs inuoluunt, Græci platani folijs inuoluunt, aut ipſius uitis aut fiſci. Ollares uuæ, hoc eſt,in ollis ſeruatæ,os ſtomachúmque & auiditatem excitant,paulò tamen grauiores exiſtimantur fieri uinaciorum halitu. Galenus eas celebrat,putátque ſaluberrimas.Docet hoc in loco Columella quemadmodum ollæ fictiles parandæ ſint, quibus uuæ conditæ ſeruentur.lib.12.cap.43.

Velut olympionicarum equarũ)Equæ dicuntur olympionicæ quæ in olympico certamine uictrices ſunt, ſicut

olympionicas uocant uictores athletas in olympijs ludis. M.Tul.Cum Rhodius Diagoras olympionices nobilis uno die duos ſuos filios uictores olympiæ uidiſſet. Apud Græcos eſſe olympionicen iudicatur propè maius & glorioſius, quàm Romæ triumphaſſe.lib.3.cap.9.

Itémq; onagro) Aſinus ſilueſtris dicitur onager, cuius pullos uocant laliſiones. Epigrammatiſta, Dum tener eſt onager ſoláq; laliſio matre Paſcitur, hoc infans & breue nomen habet. Tradit Plinius mulum ex onagro & aſina genitum omnes antecellere. M.Varro, Aſinorum genera duo, unum ferum, quos uocant onagros.lib.6.cap.36.

ὀρνιθοτροφεῖα) Græci ὄρνιθα gallinam uocãt & alitẽ, τροφὴν alimentum: unde ornithotrophia loca nominamus quibus gallinæ incluſæ ſaginantur. Dicuntur & ornithones generali uocabulo: ſunt auiũ receptacula. auiaria inferius lata dictione nominantur gallinaria.lib.8.cap.2.

Opacentur) Obumbrentur.lib.5.cap.3.

Operculati) Operculis tecti.lib.11.cap.2.

Ophiuchos) In cælo ſupra Scorpionem conſtitutum eſt ſidus ita figuratum, ut manibus anguem medium teneat: unde à noſtris dicitur Anguifer & Anguitenens, à Græcis Ophiuchos, qui dicunt ὄφιν ſerpentem, καὶ ἔχω teneo Quidam appellant Ophiulcum, ab eo quod eſt ἕλκω traho. celebratior eſt prior lectio. apud Higinum fabuloſa narratio eſt quis fuerit hic Anguitenẽs. Habet in capite ſtellam unam, in utroque humero ſingulas. In ſiniſtra manu tres, in dextra quatuor. Totus conſtat ex ſtellis numero uigintitribus.lib.11.cap.2.

Orbiculata) De his mentio fit à Cælio ſcribente: Malis orbiculatis eſſe paſti uidentur. Plinius auctor eſt orbiculata dici ex figura orbis in rotunditatem circumacti. li-

bro.12.cap.45.

In orcas) Vaſa ſunt fictilia quibus penora condũtur. Perſius, Menáque quòd prima nondũ defecerit orca. Apud eũdem accipitur pro uaſculo oleatorio, ſcribentem, Anguſto collo non fallier orcæ. Apud Plinium orca eſt bellua marina formidandæ uaſtitatis & formæ. De orcis ficariỹs, id eſt quibus fici conduntur, ſic inquit Plinius in XV, At ubi ficorum copia abundat, implentur orcæ, in Aſia cadi. lib.12.cap.15.

Opimant) Pinguefaciunt, & ſaginant. lib.8.cap.9.

Orchos) Legendũ orchis. ſpecies oliuæ eſt, & nomen, orchis, ſiue orchites. Virgilius tria oliuarum genera dixit illo uerſu: Orchites & radiỹ, & amara poſia bacca. In codicibus mẽdoſis legitur orchades. autumant grãmatici orchites dici à forma teſtiũ, qui Græcè nominãtur ὄρχις, unde & buteonẽ, quod genus eſt accipitris, triorchen uocant, quia ſcilicet tres numero teſtes habet. lib.5.cap.6.

Organum) Docet Vitruuius nomine organi machinas ſignificari multifarias in architectura. lib.3.cap.13.

Origum) Ex genere caprarum ſunt origes à quibuſdam ſoli dicti contrario pilo ueſtiti, & ad caput uerſo. Iuuenalis, Et Getulus orix. Item Epigrãmatiſta, Sæuus orix conſtat quid mihi morte canum. Scribit Plinius origẽ eſſe unicornem, & biſulcum. Idem tradit, in Africa generari origem perpetuo ſitientem, ex natura loci potu carentem, cum mirabiliter efficax ſit ad remedia ſitientium. Nãque Getuli latrones eo durant auxilio, repertis in corpore eorum ſaluberrimi liquoris hauſtu ueſicis. lib.9.cap.1.

Ornithiæ) Fauoniũ uẽtũ quidã Chelidoniã uocãt, ab hirũdinis uiſu, quæ Græcè dicitur χελιδών. Tũc enim incipit flare, cum hirundines aduẽtant per uer. Nõnulli appel

lant Ornithiã *ab aduentu auiũ,quæ* Græco *uocabulo ornithes nominãtur.* Flant *autẽ uẽti* Ornithiæ,*ut docet* Pli. *uno & ſeptuageſimo die poſt brumam.* Ariſtoteles *quoq;* *in ſecundo* Meteororũ *tradit,*Ornithias *flare poſt brumã, eſſe* Eteſias *debiles.*De Eteſijs,*alibi plura.lib.11.cap.2.*

Ornithones) *Septa in quibus aues paſcũtur, ornithones appellãtur* Græca *dictione,ſiquidẽ* ὄρνις *dicitur auis, & gallina.*Boetius *compoſuit ornithogonia, id eſt, de auium generatione.*Lege Varronem,*&* Gellium,*qui te docebunt quid ſint ornithones.* Item M. Varro *ornithoboſcion nominat gallinaria,hoc eſt,loca,quibus gallinæ incluſæ paſcuntur.lib.8.cap.1.*

Orthociſſos) Græco *uocabulo orthociſſos dicitur recta hedera,quæ per ſe rigẽs ſtat ſine adminiculo.lib.11.cap.2.*

Oſcilla *lupinorũ)* Quæ *hic* Oſcilla *lupinorũ dicuntur à* Columella,*ea* Plinius *noſter uocat umbilicos,cuius uerba ſubſcripſi: quæ ſunt hæc,cũ uerbis* Columellæ *congruẽtia,*Condi *lupinos in fumo maximè conuenit,quoniam in humido uermiculi umbilicum eius in ſterilitatem caſtrãt.* Vidẽtur *autem dici oſcilla, quaſi parua ora tertio gradu diminutionis,unde & oſcilla* Virgiliana *cõmodè deduci poſſent,quanuis grammatici aliter enarrent, quibus nõ aſſentior.*Quidam *malunt legere oſcilla lupinorũ, quaſi oſſa minutula,uocabulo ab oſſe,nõ ab ore,deflexo: uerum agricolæ ſuper hoc conſulendi.*Mos *fuit priſcorum, ut oſcilla fictilia,id eſt,imagunculæ,& ſigilla uenderẽtur.quæ homines pro ſe, & pro ſuis capitibus in ſacellum* Ditis *offerrent,in feſtiuitate ſigillariorum.lib.2.cap.10.*

Oues *ueſtire)* Hinc *pellitæ oues dictæ, quale erat pecus* Tarentinum,*de quibus ſuprà diximus.lib.2.cap.22.*

Oxygalam) Docet Plin. *oxygalam appellari butyrum*

quod in ſūno fluit, & ſupernatat, cui additur exēpto ſal. fit & oxygala alio modo, uidelicet, recens lac cum acido lacte miſcetur, aceſcitque, quod & utiliſſimum ſtomacho. Græcè dicitur ὄξος acetum, καὶ τὸ γάλα, lac: inde copulatis dictionibus fit oxygala. Galenus meminit caſei, quem oxygalacticum appellat. Nunc noſter Columella plurimis condimentis docet oxygalam fieri. lib. 12. cap. 8.

Oxymelli) Fit uinum ex aceto, & melle quod oximel uocauerunt uoce Græcanica. Nam ὄξος dicitur Græcis acetum, & μέλι mel. Fit autē oxymel hoc modo: Mellis decem libræ cum aceti heminis quinque, hæc decies ſubferuefaciunt, atq; ita ſinunt inueterare. Themiſon ſummus auctor, damnauit oxymel, & hydromel. Eſt autem hydromel uinum ex aqua & melle confectū, unde & nomē. Celebrāt auctores & omphacomel, quod fit ex uuæ ſemiacerbæ ſucco, & melle fortiter trito, unde & nomen, Græcè enim ὄμφαξ dicitur uua acerba, & ὄμφακας uocāt uuas, & fructus immaturos. Hinc omphacium oleū dictum, quod ex oliuis acerbis quas drypas uocant, fit: & omphacium ex uua, quod uulgò agreſte nominitant. lib. 12. cap. 56.

Oxyporū) Condimenta, quibus ineſt acetum, quæque aceto diluuntur, generali uocabulo uocāt oxypora. Græcè enim acetum dicitur τὸ ὄξος. Ex eodem genere eſt oxybaphon, quaſi dicat, intinctus aceti: quanquàm oxybaphon uas quoque ſit acetum continēs, ut docet Suidas. Oxibaphi meminerunt Ariſtophanes, & Pollux. Plin. in X X differens de fœniculo ſic ſcribit: Idipſum condimentis propè omnibus inſeritur, oxyporis etiā aptiſſimè. Ex eodem quoque genere eſt oxygarum: ſic enim uocant liquamen gari cum aceti mixtura conditum. Plinius in X X X I docet liquoris exquiſiti genus eſſe, quod garon uocauere, quod olim

conficiebatur ex piſce, quem Græci garon uocabant, unde & nomen. Poſteà ex ſcombro piſce laudatiſſimũ factũ eſt, appellabántque garũ ſociorũ. De oxygaro aut Epigrãmati ſta: Inter lactucas oxygarũmque liber. lib. 11. cap. 56.

P

Ex uetere palma) Nomine palmæ uitem ſignificari ſuprà annotauimus. lib. 3. cap. 17.

Vitis paletur) Palis adminiculetur, & pedamentis fulciatur. lib. 11. cap. 2.

Paleæ) Membranas illas intellige quæ ſub gutture gallorum ſunt pendulæ tanquam quædã palearia. M. Varro, Palea rubra ſubalbicanti. lib. 8. cap. 2.

Palmipedalis deponi) Dicitur malleolus palmipedalis, qui habet longitudinem pedis, & palmi. Palmum autem conſtare digitis quaternis docet Vitruuius. Pes conſtat ex palmis quatuor, hoc eſt, digitis ſexdecim. Cubitus ex ſex palmis, id eſt, digitis 96. lib. 3. cap. 19.

Palmas relinquito) Vitis, ut docet M. Varro, dicta parilema eſt, à pariendo, deinde immutatis literis palma. lib. de arb. cap. 10.

Pãpinare) Vineã pãpinare, & pampinos ſuperuacuos detrahere. Arbuſta pãpinari nõ eſt moris. Nam, ut inquit elegãter Plinius noſter, plurimæ arbores amputari ſibi uolũt onoroſa, & ſuperuacua: ſicut nos unguẽ, & capillum. In pampinatione nõ hos oportet pãpinos detrahere, qui cum uua ſint. lib. 13. cap. 10. hinc pampinator. lib. 4. ca. 17.

Pampinarius palmes) Duo genera palmitũ: quod è duro exit, materiámque in proximũ annum promittit, pampinarium uocatur, alterum fructuarium. lib. 4. cap. 24.

Nec pandantur) Curuentur. pandere & pãdare uidetur uſurpatum in eadẽ ſignificatione pro curuari. Vn-

de pandationes dict æ curuationes. Plinius, Facile panditur iuglans. Vitruuius in II, Vlmus & fraxinus non habẽt rigorem, & celeriter pandãt. Idem in VII, Cum ſolidus erit contignationibus areſcentibus, aut pandatione ſidentibus. lib. 4. cap. 17.

Panxeris) Plantaueris, à pango. lib. 11. cap. 2.

Cum rationibus paria facere) Id eſt ratio accepti expenſique bene conueniat, ut quantum pecuniæ acceperit à domino, tantum reddat. eloquutionis genus perquàm familiare eruditioribus. lib. 1. cap. 8.

Parilibus) Parilia appellant diem uigeſimum primum menſis Aprilis quo Roma condita eſt, quæ & Palilia nominãtur à Pale dea paſtorũ. Solinus autumat Parilia dici quaſi à partu Iliæ, uidelicet Romulo & Remo conditoribus urbis Romæ. Feſtus Pompeius ſic ſcribit, Parilibus Romulus urbẽ condidit, quem diẽ feſtum præcipuè habebant minores. Plinius tradidit ſidus Sucularũ uulgo appellatum eſſe palilicium, quoniam exoriuntur undecimo Cal. Maij, quo urbis Romæ natalis eſt. Probus grammaticus docet Parilia dici per literã transpoſitam, quæ ſi ſuo loco poneretur, Palilia diceretur. lib. 7. cap. 3.

Et parta) Nouè poſitum pro fœta, & ea quæ peperit. lib. 7. cap. 4.

Paſtinationis officium) Paſtinare in cultura uinearũ uerbum frequens pro eo quod eſt fodere: & repaſtinare, refodere. Paſtinatus Plinio eſt nomen quarti ordinis pro paſtinatione: dicitur autem à paſtino, quod ferramentum eſt bifurcum, quo ſemina panguntur. Paſtinator, ipſe foſſor nuncupatur. lib. 3. cap. 11.

Pauicula) Inſtrumentum eſt à pauiendo dictum. Eſt enim pauire ferire, percutere, ſolidare, unde pauimenta

nomen acceperunt. Cato Portius, *Comminuito terram panicula, aut cylindro coæquato.lib.11.cap.3.*

Pauſeam) Genus *eſt oliuæ, quæ & poſea nominatur, cuius meminit* Maro illo *uerſu*, Orchites *& radij, & amara pauſea bacca.lib.11.cap.7.*

Pecuarius) *Cuſtos pecoris, quem & paſtoralem uocant. lib.7.cap.11.*

Vnum hoc diuitiarum genus) In *decretis canonicis ex diui* Auguſtini *auctoritate ſic ſcriptũ legimus* : Q*uicquid antiqui habebant, in pecoribus habebant, unde pecunia quoque appellata eſt*. Subſcribit *huic opinioni* Ouidius *illo uerſu* : H*inc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt.* Plinius *uerò autumat pecuniam à nota pecudum eſſe appellatam, qua primum ſignatus eſt nummus*. Donatus Virgilianus *commentator autumat pecuniam ideo à pecore dictã, quia antiquitus fiebat ex corio bubulo*. Inde *apud ſcriptores nummi ſcortei nominantur ex corio facti. libro 6.in præfatione.*

Pedandæ *uineæ*) Id *eſt, pedamentis ſiue palis muniendæ*. Dicimus *palum, pedamen, pedamentum, ſtatumen, ridicam pro adminiculo atque fulcimento, quo uitis innixa recta conſiſtit.lib.4.cap.13.*

Herba *pedicularis*) A*lia eſt herba quam pulicarem uocant, quæ Græce dicitur pſyllion*. H*abet enim ſemen ſimile pulici, unde & nomen*. ψύλλος Græca *uoce pulex dicitur.lib.6.cap.30.*

Pediculos) Petioli, *pedicini, pediculi dicuntur, quibus fructus in arboribus continentur, quaſi parui pedes.libro 11. cap.44.*

Pelamis) Ex *thynno naſcitur cordyla, quæ à limo pelamis incipit uocari, quaſi lutaria ac limoſa:ubi annuum*

tempus exceſſit, appellatur thynnus. lib. 8. cap. 17.

Peragere laboris ſui penſum) *Tranſlatio ſumpta ab ancillarum miniſterio, quibus dominæ dant penſa per ſingulos dies abſoluēda, nec antequàm abſoluantur ullum datur laxamentum. M. Varro conſimiliter: Quoniam nos noſtrum penſum abſoluimus. Et Plautus, Meum penſum lepide accurabo. lib. 3. cap. 10.*

Serum percolari) *Liquorem lactis quodam quaſi colatorio eliquari defæcarique. Virgilius: Paſcæ ſero pingui. lib. 7. cap. 8.*

Periſterones) *περιστερὰ dicitur columba: unde periſtereonas uocant columbaria, quæ & periſterotrophia nominantur: quanuis propriè columbaria dicantur nidificia columbarum, quæ ſingulis paribus fiunt intra periſterotrophion, quæ, ut docet M. Varro, debent eſſe rotunda in ordine crebra, ita ut ſingula habeant os quò introire, & exire poſſint. Periſtereos uocatur herba, caule alto, foliato cacumine, columbis admodum familiaris, unde & nomen: hanc habentes negant latrari à canibus. lib. 8. cap. 1.*

Nec perlibrata) *Id eſt, non ad libellam æquata, nec uelut ad normam æquabiliter complanata. M. Varro conſimiliter inquit, Campeſter locus is eſt melior, qui totus æquabiliter in unam partem uergens, quàm is qui ad libellam æquus. lib. 2. cap. 2.*

Peroſæ) *Odio habentes. lib. 8. cap. 11.*

Pertícalis ſalix) *Duo ſunt genera ſalicum: ſunt uiminales, ex quibus uimina fiūt, & uincula. ſunt perticales, ex quibus perticæ cæduntur. Viminalis ſalix eſt humilior, perticalis ſublimior. lib. 4. cap 31.*

Velut petum) *In oculis peti dicuntur modicè deprauati. Id quod cum uenuſtate potius quàm dehoneſtamento. Vn-*

de Venus oculo peto eſſe traditur iuxta illud Ouidianum, Minerua flauo lumine, Venus peto. Apud Horatium in Sermonibus, Strabonem appellat petum pater. Hinc Romæ fuerunt cognomina Petorum. Hinc petum accipe pro bono, & lepido: tanquam uocabulum hoc tractum uideri poſſit à uerbo Græco πίταμαι, quod uolare ſignificat. Nam ex uolatu auium ſigna obſeruantur proſpera, & optabilia. lib. 6. in præfat.

φαγεδαίνα) Phagedænæ ſunt ulcera, quibus Plinius remedia multa oſtendit efficaciſſima. Item phagedænas uocant homines ſine fine eſurientes. lib. 9. cap. 13.

Pyctes) Gallinaceũ pugnatorẽ ſcitè uocant pyctem, quaſi pugilem, & in pugna athletica certantem. πύκτης Græce pugil nominatur. Vnde & pyctale certamen appellatum quod inter pictas fit. Dictio quidem Græca eſt, ſed noſtris quoque uſitatiſſima. Firmicus Maternus ſcribit Leporis ſidus in horoſcopo facere pictas macherarios. Heliogabalus, auctore Lampridio, gladiatores ante conuiuium pugnantes ſibi, & pyctas frequenter exhibuit. lib. 8. cap. 2.

Pinſiti allij) Allium pinſitum intellige id, quod uulgo dicitur piſtum, & molitum. lib. 6. cap. 6.

Piperis albi) Tria piperis genera celebrant ſcriptores, album, nigrum, longum. Arbores quæ gignunt piper, iunipero ſunt ſimiles: ſiliquæ toſtæ ſole faciunt id, quod uocatur piper longum. Hoc toſtum ſolibus fit nigrum, & rugoſum, quod gratius eſt. Hinc illud Perſianum: Rugoſum piper, & pallentis grana cymini. Apud Horatium ait Catius ganeæ magiſter, ego fecẽ primus & alec, Primus & inueni piper album. Galenus in ſimplicibus piper album docet feruentis eſſe naturæ. lib. 11. cap. 56.

Pipiant) Vocem emittant. Gallinæ dicuntur pipire ſicut

oues balare,ſues grunnire.Pipatio dicitur clamor plorãtis lingua Oſca.lib.8.cap.5.

Piſcis Auſtrinus) Duo ſunt in ſignifero piſces: alter Notius,ſiue Auſtrinus nominatus,quia ad Auſtrum ſpectat: alter Boreus, quia ſpectat ad polum Arcticum,& regionem Borealem. Coniunctio horum piſcium Nodus uocatur.lib.11.cap.2.

Priſtinale)Lego piſtrinale à piſtrino.Nam & Plautus,piſtores uocat ſcrophipaſcos, tanquam ſcrophas in piſtrino paſcentes.lib.7.cap.9.

Pollentia) Nomen eſt ciuitatis ciſalpinæ, quæ cenſetur uelleribꝰ fuſci coloris.Hinc illud Silij, -fuſcique ferax Pollentia uilli. Epigrammatiſta quoque celebrat lanas Pollentinas.lib.7.cap.2.

Thuris polline)Farinam ſine flore autumat Plinius pollinem in tritico appellari, quod in ſiligine uocant florem. Hinc pollinctores dicti,confectores pollinis. Hinc pollinaria cribra,ſiue excuſſoria farinaria.lib.6.cap.29.

Pondo libras)Quod genus locutionis frequẽtiſſimum eſt apud ſcriptores,ut pondo ponatur pro libra:unde ueteres auctore Quintiliano, dixere duapondo,& trepondo, pro duabus,& pro tribus libris.Interdum pondo,pro pondere uſurpatur.Liuius,Corona libræ pondo.lib.6.cap.6.

Imporcatum occabimus)Sunt porcæ in agris elata terra inter duos ſulcos,ab eo dictæ,quòd frumentum porriciãt. Nam cum ſic aratum eſt,ut inter duos latius diſtantes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbeat, ea porca eſt. Ruſtici eaſdem liras uocant. Hinc imporcatum ſemen eleganter dictum per porcas ingeſtum. apud Plinium legimus,porculeta uocari ab Vmbris,& Marſis interualla intermiſſa ad uicenos pedes, inter binas uites ara-

tionis gratia. Idem porcellas uocabulo diminutionis appellat. Autumant grammatici, porcas in agris dictas eſſe, quòd porriciant, id eſt, prohibeant aquam frumentis nocere, uel quòd porrigent frumentum. Menſura autem porcæ, eſt in longitudine CXXV pedum, in latitudine XXX. lib.2. cap.10.

Porculatoris) Porculator proprie is dicitur, qui curat porcellos lactentes. Porculatio nutricatus porculorum. libro 7.cap.9.

Pórri caput) Id genus porri intelligit, quod uocant capitatum, ad differentiam eius, cui ſectiuo nomen eſt. Cui auctoritatem dedit Nero, uocis gratia ueſcens eo ex oleo omnibus diebus per menſes æſtatis. Antiqui uolentes facere capitatum porrum, ſiliæ, uel tegula ſubiecta capita dilatabant lib.11.cap.3.

Sicut preciæ) De his Virgil. Purpureæ, preciǽque. Exiſtimat Seruius dici precias, quaſi præcoquas, ex eo, quòd citò matureſcunt, & antè alias ſole coquuntur. lib.3.cap.2.

Præſidiarij malleoli) Qui quaſi in præſidio relinquuntur, uitiúmq; tutela, quales ſunt fructuarij. Eſt in uite palmes, quem quidam cuſtodem, alij reſecem, nonnulli præſidiarium appellant: à Columella alibi ſubſidiarius quoque nuncupatur. lib.4.cap.16.

Primas tribuerũt) Honeſta locutio, ut primas tantum, abſolutéque dicamus pro primatum, & primum locum, ac primas partes, nec opus eſt addere partes. Sic plerique omnes ex ueteribus ſcriptoribus, qui pure, munditer, Latine ſcribere conſueuerunt. Quintilianus, Secundas confeſſione plurimorum Philetas occupauit. M.Tullius loquendi norma, & ſcribendi lex ſic inquit: Huic primas dediſſe Demoſthenes dicitur, cum rogaretur, quid in dicendo eſſet

primum,huic ſecundas,huic tertias.lib.2.cap.17.

Procyon) Horatius ait in Carminibus: Iam Procyon furit. Dicitur hoc ſidus Græca uoce Procyon, quaſi ante Canem exoriẽs: de quo M. Tullius: Ante Canem Procyon Graio qui nomine fertur. Hoc ſidus, ut autumat Plinius, apud Romanos non habet nomen, niſi uelimus intelligi Caniculam, hoc eſt, minorem Canem. exoritur cum Leone, ut docet Higinius. lib.11.cap.2.

Prodromi) Eteſias uentos ſignificat, qui Prodromi uocantur ex eo, quòd præcurrunt, antecedúntque ortum Caniculæ. Ioannes Baptiſta dictus eſt prodromos, tanquam præcurſor Domini. lib.11.cap.2.

Productiſſimum) Longiſſimum, proceriſſimúmque. lib.3. cap.10.

Progemmet) Gemmas emittat. lib.4.cap.24.

Proluuie) Stercore. Virgilius, -fœdiſſima uentris Proluuies. lib.8.cap.3.

Rebus promercalibus) Promercales res dicuntur, quæ uenales inter mercimonia proponũtur. ſicut à Suetonio promercale aurum dictum, ab Aulo Gellio, promercalia, quæ uenui ſubijciuntur. Denique quicquid pro merce diſtrahitur, id promercale dici poteſt. Alibi ait Columella conſimiliter pecuniã neque in pecore, neque alijs in rebus promercalibus occupet. lib.1.cap.8.

Proritet) Inuitet, incitet, allectet. lib.3.cap.2.

Non prouincialis, ſed Italicus ager) Attendenda eſt elegantia ſcriptorum celeberrimorum, qui regiones omnes præter Italiã prouincias appellant, & homines bifariam partiuntur, in Italicos, & prouinciales. Plinius in Epiſtolis: Italicus eſt, an prouincialis. Infrà Columella duo genera facit arbuſtorum, alterum Italicum, alterum prouin-

ciale,quaſi dicas,externum,& peregrinum.lib.3.cap.3.

Pulicoſæ) Quam pulices infeſtant: ſic & pediculoſus dictus plenus pediculorum.lib.7.cap.13.

Pullationem) Pullorum prouentum,fœturámque,& educationem.lib.8.cap.5.

Pulleſcat) Soboleſcit,& pullulos,fœtúſque progignit:interdum uitis luxuria ſe conſumit.lib.4.cap.21.

Pullicies) Pro pullis,& pro prouẽtu,& fœtura pullorum. lib.8.cap.11.

Pullula terra) Coloris nigri,quem pullum uocant. Pulligo Plinio eſt nigritia quædam lanarum Tarentinarum, propè peculiaris, declinans in fuluum colorem.lib.2.cap.2.

Ouem pulmonariam) Pulmone laborantem:in cuius pulmonibus uitium eſt. Græco uocabulo peripneumonici dicuntur,hi quos pulmo male habet, & qui Latina uoce pulmonarij nominantur.lib.7.cap.5.

Pulmonariæ) Pulmonis uitio laborãtis,hoc eſt,peripneumonicæ,prout Græco uocabulo nominantur.lib.7.cap.10.

Pultarios) Vaſcula ſunt,à pulte dicta: apud Cornelium Celſum frequens eſt mentio uaſculi pultarij.lib.12.cap.43.

Vberior puluerationibus) Plinij uerba ſunt huic ſententiæ mirè congruentia,quæ ſubſcripſi: Tranſpadanis cineris uſus adeo placet,ut anteponant fimo iumentorum.ſunt qui puluere quoque uuas ali iudicant,pubeſcentéſque puluerent,& uitium,arborúmque radicibus aſpergant,quod certum eſt Narbonenſi prouinciæ , & uindemias certius ſic eo coqui: quia plus puluis ibi,quàm ſol confert. libro 4.cap.28.

In puluinis) Puluinos per tranſlationem appellat partes illas in areolis hortorum,& uinearum cultura molliores,eminentioréſque,& quædam quaſi dorſa,quibus per-

inde ac puluinis molliter ſemina diſponuntur . libro II. *cap.*3.

Pumiles) *In omni genere animalium ſunt pumiliones, atque etiam inter uolucres,ut docet* Plinius. *Dicimus pumilos,& pumiliones.*Papinius *in ſiluis,*Mirantur *pumilos ferociores. Sunt autem pumili, ſiue pumiliones breuis ſtaturæ animantes:nam Græca uoce, uulgo quoque uſitatiſſima dicuntur.*Aulus *Gellius aſſerit nanum* Latinam *eſſe dictionem.* H*inc illud,*E*t me genij nana per ſalicta bigis rheda rapit citata nauis.lib.*8.*cap.*2.

F*uerit puſiloſa*)*O*u*is dicitur puſiloſa,quam infeſtat ſacer ignis, quam puſulam uocant paſtores .* V*nde à puſula puſiloſa deducitur.lib.*7.*cap.*5.

Q

Quadratas)*Quadrata corporis ſtatura dicitur eruditis, quæ neque longa,neque breuis ſit, ſed in meditullio poſita.* V*eſpaſianus* I*mperator fuiſſe fertur ſtatura quadrata. Quadratum canem probat infrà* Columella,*meliorémque ait eſſe,quàm longum aut breuem.lib.*7.*cap.*2.

Quadrifidas ridicas) T*anta eſt craſſitudo,& robur taleæ,ut ſcindi poſſit in quatuor partes,& quaterna pedamenta,ſiue ſtatumina,ſiue adminicula,quæ & ridicæ uocantur.*C*onſimiliter, inquit poeta,* Q*uadrifidáſque ſudes. lib.*4.*cap.*33.

Sint quala) V*aſa ſunt uiminea in ſupellectile ruſtica.* Q*uaſillum diminutiuo uocabulo appellant uas lanificijs aptum, qui & calathus dicitur, in quo penſa mulierum, & trama uoluuntur .* H*oratius ,* T*ibi qualum Cythereæ puer ales.*P*riſci* T*halaſſionem uocauerũt.*A*puleius,*Q*ualum panis rumigabant.* P*ræcipit* C*ato,ut uillicus habeat in inſtrumento ruſtico uiginti quala ſatoria , uel alueos*

quadraginta,quibus frumenta quæ ſerimus,continent ſato res.lib.7.cap.3.

A' *Quinquatribus*) *Quinquatria ſunt feriæ quinque dierum dicatæ Mineruæ, quæ menſe Martio celebrabantur. Quidam autumant Quinquatrum unum tantum diem feſtum eſſe ex eo dictum , quòd poſt diem quintum Iduũ celebraretur,ſicut ſexatrus dictus,quòd poſt diẽ ſextũ Idus celebratur , & ſeptimatrus poſt diem ſeptimum . De quinquatribus Ouidius in Faſtis copioſe perſcribit. Meminit & Horatius illo uerſu, Ac potus puer ut feſtis quinquatribus olim.lib.11.cap.2.*

In quincuncem diſponunt) *In diſponendis arboribus & uineis, maxime laudata eſt quincuncialis ordinum ratio, utpote quæ non ſolum perflatu utilis ſit , uerum & aſpectu grata, quocũque intueare in ordinem ſe porrigente uerſu. M. Tullius,Cũ autem admiraretur Lyſander & proceritates arborũ,& directos in quincuncem ordines. Quintilianus,Quid illo quicunce ſpecioſius,qui in quancunque partem ſpectaueris,rectus eſt, ſed protinus id quoque prodeſt ut terræ ſuccum æqualiter trahat.lib.3.cap.13.*

R

Radula) *Inſtrumentum eſt à radendo dictum,quo utebantur in radẽda ducendáque pice doliorum:unde & nomen. Hinc docuimus apud Pliniũ radulanam appellari picem, propterea quòd radula raderetur ex dolio, duceretúrq;: quàuis uiri alioquin eruditi rabulanam legendum eſſe contendant . Verba Plinij ex libro quartodecimo hæc ſunt:Italiæ in parte aliqua radulana pice ac reſina condire muſta uulgare eſt ei prouinciíſq; finitimis.lib.10.ca.18.*

Ramices) *Rami & perticæ. Alias ramex morbus eſt,de quo Celſus,Plinius,Plautus,omnes. Vnde ramicoſi infantes*

dicti.lib.9.cap.1.

Rapiſtri)*Videtur poſuiſſe rapiſtrum pro rapo,quod & rapitium & rapinam appellant.lib.9.cap.4.*

Ratiocinio)*Ratiocinium dicitur ſupputatio, computum, calculatio:Ratiocinator,calculator. apud Plautum ait trapezita: Beatus uideor,ſubduxi ratiunculam, expeditiſſimum ratiocinium.intellige ſupputationem facilem & explicatam.lib.5.cap.1.*

Bonis ac malis rationibus) *Ad hunc intellectum uidetur referri poſſe illud Plinianum, Quonam modo utiliſſime colūtur agri?ex oraculo ſcilicet malis ac bonis. Verum atavi malorum nomine intelligere uoluere uiliſſimos,ſummum enim prouidentiæ illorum fuit, ut quàm minimum eſſet impendij,lib.4.cap.3.*

Rauidi)*Rauus color eſt ſubniger ex nigro fuluo commiſtus. M. Varro conſimiliter præcipit gallos eligi oportere oculis rauis aut nigris. Ab Horatio lupa raua dicitur ob colorem.Feſtus Pompeius ſcribit raui coloris eos appellari, qui ſunt inter flauos & cæſios, quos Plautus appellat rauiſtellos.Quis(inquit)rauiſtellus qui uenit?Atqui in Plauti Epidico non omnes legunt rauiſtellus, imò plures grauaſtellus. Eſt autem grauaſtellus ſenior à grauitate dictus,quam lectionem nos probamus,& probat idem ipſe Feſtus Pompeius in dictione Grauaſtellus.lib.7.cap.2.*

Regelatur) *A gelu reſoluitur:& caleſcit.Martialis,Regelare,nec te peſtilentia poſſet.Seneca de ipſo loquens ait,Vix media regelatur æſtate.lib.2.cap.16.*

Regiona) *Legendum regia.Plinius, Præſertim cum magnitudine copiam olei non conſtare indicio ſint,quæ regiæ uocantur,ab alijs maiorinæ,& ab alijs phauliæ grandiſſimæ:alioquin,minimo ſucco. hoc idem monſtrat Columel-*

la eodem capite.lib.6.cap.6.

Renouellatur) Reparatur,rurſúſque nouella fit. Nouelletum dicitur iureconſultis nouella uinea.lib.de arb.cap.6.

Repaſtinabis) Refodies,uerbum ductum à paſtino,quod eſt ferramentum bifurcum , quo ſemina panguntur. unde etiam repaſtinari dictæ ſunt uineæ , quæ refodiebantur. conſuetudo repaſtinare uocat quidquid emoti terreni uinetis præparatur.lib.de arb.cap.1.

Repubeſcere)In priſtinam pubertatem,iuuentutiſque florem reuerti.conſimile eſt Repueraſcere, & reuireſcere.lib. 2.cap.1.

Repulleſcentem) Reſurgentem,ſubnaſcentem, & nouellis pullulis,palmitibúſque exilientem.lib.4.cap.24.

Reteri)Repoliri,uentilari.lib.2.cap.2.

Retorrida)Quaſi exuſta,& amiſſis uiribus intempeſtiuiter ſeneſcens.Seneca,Mutij manum retorridam appellat, quam ille,ut notiſſimum eſt,iniectam flammis torrere non dubitauit.In arboribus ea dicuntur retorrida,quæ non adoleſcunt,quæ quaſi torrida occalleſcunt,quæ ſcabra ſunt, fructúmque non ferunt . Aulus Gellius homines retorridos ſcitè dixit & eleganter . Retorreſcere dicuntur uites, quando non proſiliunt, neque adoleſcunt legitimo incremento.lib.de arb.cap.17.

Reſecem ſubmitti)Pampinum reſecem uocat,qui reſectus, reciſúſque melius prouenit,fitque fructuoſior. A` reſecãdo reſecem deriuamus. Summittere autem eſt educare,aleréque ad incrementum, quod uerbum eſt apud Columellam in hoc ſignificatu frequentiſſimum.lib.3.cap.10.

Occupandum erit reſtibile) Inter reſtibilem agrum, & noualem hoc intereſt:Reſtibilis dicitur, qui nunquam interquieſcit,ſed reſtituitur,ac ſeritur quotannis, ut quotan-

ii.i.

*nis reddat fructum.*Noualis *uerò eſt, qui intermittitur, & alternis annis ſeritur, à nouando dictus.* Reſtibilē *fœcunditatem dixit* Plinius*: intelligi uolens eam, quæ intermiſſa reſtituitur in fœminis, quæ parere deſierint.* M. Varro, In Olynthia *quotannis reſtibilia eſſe dicunt. lib. 2. cap. 10.*

Reuerentiam) Attende *nouo modo poſitam eſſe reuerentiā, pro deſperatione, & formidine, tanquam reuereamur, ac reformidemus diſcere ſcientiam ruſticationis propter uaſtitatem rei. lib. 11. cap. 1.*

Ricini) Vermiculi *ſunt infeſtantes capita canum, & maxime aures.* Eſt *& uermiculus alius in lingua canum, qui uocatur à* Græcis Lytta, *quo exempto infantes catuli, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. lib. 7. cap. 13.*

Aut ridicram) *Legendum ridicam.* Eſt *enim ridica pertica, ſiue pedamentum robuſtum, quod optimum in uineā è quercu ac iunipero afferri ſolet.* In Hiſpania *uineæ ſūt humiles, ac ſine ridicis, ut docet* M. Varro. *lib. 4. cap. 12.*

Roſtellis) Puſillis *roſtris, uocabulum eſt diminutiuum. lib. 8. cap. 5.*

Colore rubeo) Dic *rubro, quoniam rubeus exploditur à* Latinitatis *elegantia: legitur tamen frequenter rubeus. lib. 6. cap. 1.*

Amat rubricam) Plinius *ex denſiore terra rubricam maxime amat.* Eſt *autem rubrica terræ genus rubicundo colore: unde & nomen.* Hinc *rubricoſus deducitur.* Cato, Lentem, *inquit, in rudeto, & rubricoſo, qui herboſus non eſt, ſerito.* Plinius *præcipit ex auctoritate* Catonis, *in rubricoſo ſolo ſerendum eſſe adoreum far.* Aliàs *rubrica ſignificat pigmentum, ſiue colorem natiuum.* Lemniæ *rubricæ palmam dabant, ita nominatæ ab inſula* Lemno, *in qua naſcebantur.* Hæc *eſt antiquis multum celebrata, nec niſi*

ſignata uænundabatur: unde & ſphragidem appellauere: Græco uocabulo σφραγὶς dicitur ſigillum ſignatorium. Hinc gemmas quoque quaſdam ſphragidas uocant celeberrimi ſcriptores, quoniam optime ſignant. Galenus libro 10 Simplicium, refert ſe in inſulam Lemnon nauigaſſe cauſa contemplandi hanc rubricam Lemniam: docétque planius & apertius, quod Plinius ſubobſcure dixit, & breuiter cur ſphragida appellauerint: Sacerdos Dianæ, inquit, rubricam Lemniam reuerenter accipiens, curioſéque perpurgans ſignat ſigillo Dianæ impreſſo, ita ſignata uenundatur. lib. 2. cap. 10.

Rudicula) Virga, diminutiuum uidetur factum à rude gladiatoria, à qua rudiarij dicti, de quibus copioſe annotaui in tertio Suetonij commentario. Plinius ait, lanas in quodam uſu medico adhiberi non curatas rudiculis, hoc eſt, ut ego interpretor, non excuſſas, agitatáſque uirgis à batuentibus, ſicuti Bononiæ lanas quotidie curari conſpicimus, uel potius audimus, fit enim crepitus ſonorus ex percuſſu rudicularum. Scio aliter locum illum Plinianum & legi, & explicari ab eruditis, ſed mihi commodior uidetur lectio, & intellectus purior quem retuli. frequens eſt mentio rudicularum apud eundem Plinium in hoc ſignificatu. lib. 2. cap. 45.

Ita conſtitutum ſuprà) Videtur legendum ita cōſtitutum. Rumpotinum, ſiue Rumpotinetum, genus arbuſti Gallici. ut hoc eodem capite docet Columella, qui mox ait, Arboribus rumpotinis frumentum non inſeritur. M. Varro tradit traduces à quibuſdam rumpos appellari, ubi ex arboribus in arbores traductis uitibus uinea fit. lib. 5. cap. 7.

Ruſtici) Caſtor oxymyrſinem myrti folijs acutis, ex qua fiunt ruri ſcopæ, ruſcum uocauit: de quo poeta, Horridior

ruſco.lib.7.cap.10.

Rutabulo) Inſtrumenti nomen eſt, quo etiam utebantur ad coquendos panes: inuenitur poſitum & pro uirili mem bro. Portius Cato præcipit, ut uillicus habeat rutabulum unum.lib.11.cap.21.

S

Sacer ignis) Malis ulceribus annumerari ſolet ſacer ignis, cuius duæ ſunt ſpecies. Alter eſt ſubrubicundus exaſperatúſque per puſtulas continuas, exiguáſque, in quibus ſemper ferè pus, & ſæpe rubor cum calore ſerpit. Alterum genus eſt in ſummæ cutis exulceratione, ſed ſine altitudine latum, ſubliuidum. Omnis ſacer ignis difficillime ſaneſcit. Græci ἱερὰν νόσον uocant. Virgilius docet ſacro igni pecudes infeſtari, cum inquit, Contactus artus ſacer ignis edebat.lib.7.cap.5.

Sagáſque) Fœminæ ſunt diuinatrices, & ariolæ, dictæ quaſi ſatis agæ: de quibus eſt illud poeticum, Polluta eſt ma gico ſagæ miniſterio. Piatrix quoque alio uocabulo dicebatur, quæ expiare erat ſolita. Sagis clangoribus æther, ait Statius Papinius. exponit commentator ſagis, id eſt, diuinis: unde & præſagia prædiuinationes dici autumat. Aliter ſentit Cicero.lib.1.cap.8.

Sagitta) Inter ſidera eſt Sagitta, quam Herculis fuiſſe fa bulantur, qua aquilam interfeciſſe dicitur exedentem iocinora Promethei.lib.3.cap.17.

Salaciſſimos) Libidinoſiſſimos & rei Veneriæ appetentiſſimos. Caudam ſalacem dicit Horatius genitalia: bulbos ſalaces, Epigrammatiſta, quia extimulant libidinem. Homo ſalax dicitur ad rem Veneream propenſus & uali dus.lib.8.cap.2.

Velut ſalebras retardante) Legendum ſalebra per abla

tiuum, tanquam aſperitas illa tortuoſæ uitis, & curuæ, quaſi ſalebroſa retardet curſum humoris terreni, nec ſinat alimenta ob flexum permanare ad ſummum uitis faſtigium. lib.4.cap.20.

Salgamis) *Salgama dicuntur obſonia & penora conditiua, quæ longæ uſionis cauſa conduntur ferè in fictilibus, interdum ſicca, ſæpe cum liquamine & iure, quæ mox cum opus eſt, promuntur ad uſum edendi.* Inde *ſalgamarius dictus, qui ſalgama ſcitè concinnat.* Auſonius, Salgama *non hoc ſunt, quod balſama.* In *codice* Imperatorio *lib.11, legimus ſalgami nomine contineri culcitram, lignum, oleum.* Sed *cum omnis latinitatis elegantia procul ſit ab id genus ſcriptoribus, uocabulorum ſignificatio ab eis petenda non eſt, in quorum caſtra nonnunquã tranſeo, non ut tranſfuga, ſed ut explorator.* Vis *ſcire quæ ſint ſalgama? nimirum ea ſunt quæ deinceps toto hoc uolumine Columella demonſtrat, qua conditura conficiantur ac ſeruentur. exempli cauſa, olera, poma, pyra, fici, uuæ, & alia id genus compluſcula.* In *ſalgamis condendis frequens eſt uſus aceti, ſalis, muriæ, mellis, aquæ mulſæ, defruti, aliorúmque liquaminum. lib.12.cap.4.*

Saliuandum pecus) Saliuato *potionandum.* Saliuatum *quod à quibuſdã ſaluiatum dicitur, potionis eſt genus quo in ueterinis iumentiſque maxime utuntur ueterinarij, hoc eſt medici ueterinorum.* Sunt *autem ueterina animalia, quæ uehere poſſunt.* Saliuatũ *à ſaliua quaſi ſucco dictum uidetur.* Qui *ſaluiatum legere mauult, à ſaluia ſiue ſale nuncupationem trahit.* Saluiati Plinius *quoque commeminit, & inferius à* Columella *dictum eſt,* Per *unam lacte ſaluiatur. lib.6.cap.5.*

Salſamentarijſque) Salſamentaria *appellant uaſa, qui-*

bus ſalſamenta condi ſolent.lib.2.cap.10.

Nucibus ſapineis) *Eſt unum genus nucis pineæ ſapineum nomine, nucleorum cute uerius, quàm putamine adeo molli, ut ſimul mandantur.lib.12.cap.5.*

Sardineam) *Nomen piſcis uilioris. exiſtimó eum eſſe quẽ uulgus uernacula lingua ſardelam appellat. libro octauo cap.17.*

Samera) *Annotauimus in ſuperioribus ſameram ſiue ameram dici ſemen ulmorum.lib.7.cap.6.*

Sanſam) *Sanſa dicitur oſſiculum oliuæ, Græci πύτυριν uocant.lib.12.cap.49.*

Sarranæ uiolæ) *Epitheton eſt poeticum, ſiquidem poetis Sarranus color eſt purpureus, à Tyro quæ olim dicta eſt Sarra. Virgilius, Sarrano dormiat oſtro.lib.9.cap.4.*

Cura ſarritionis) *Sarrire eſt ſarculo, quod ferramentum ruſticum eſt, aperire ſegetes, & terram permouere ad herbas perimendas, & rubiginem propulſandam, unde ſarritio & ſarritor dictus operarius ſarritionis, & ſarritoria opera, & ſarritura, id eſt ſarritio & foſſæ.lib.2.cap.12.*

Saxatilis notæ) *Piſces ſaxatiles uocant quòd in ſaxis ac petris ſtabulentur: medici recentiores petrinos appellant, eóſque maxime probant. Scribit Cornelius Celſus ſaxatiles piſces eſſe leuiores in eſca.lib.8.cap.17.*

Latentibus ſcamnis) *Agricolæ uocãt ſcamna glebas grandes, quæ ſolent excitari prima aratione: cum in proſciſſo crudum ſolum, immotúmque relinquitur, quod cauendum eſſe præcipit lex ruſticationis. Hinc illud Plinianũ, Scamna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. Scamna quoque dicuntur in arboribus ramorum, quaſi ſedilia, ſicut & tabulata.lib.2.cap.4.*

Scandulæ) *Paulo ſuprà aſſerculos dixit, intelligi uolens*

aſſeres modicos, & graciles: nunc ſcandulas uocat conſimili ſignificatu. Et, *ut in Commentarijs Apuleianis anno tauimus, uidentur dici ſcandulæ à ſcandendo: quoniam ad tectum ſcandulare gradibus aſcendimus. Eſt autem ſcandulare tectum ſuperior pars domus, quæ tegulis eſt proxima.* Scribit Plinius, Vrbem Romam *ſcandula fuiſſe contectam uſque ad bellum* Pyrrhi. *Scandulæ è robore aptiſſime fiunt, alijſque arboribus glandiferis. lib. 7. cap. 3.*

Scapus aſphodeli) Plinius *frequenter ponit ſcapum pro ſtipite plantæ, & caule. Eſt autem aſphodelus herba,* Heſiodi *præconio celebrata, cuius mentionem &* Homerus *fecit.* Manditur *& ſemine toſto, & bulbo, ſed hoc in cinere toſto, dein ſale, & oleo addito: folium habet oblongum, & anguſtum. lib. 9. cap. 4.*

Scarificatione) Scarificatio ſunt minutæ cutis inciſuræ, qua in cucurbitulis quoque imponendis utimur: eſt & ſcarificatio utilis arboribus, cum inciſuris perpetuis laxant corticem, uelut cutẽ, acie falcis, & ita dilatatæ cicatrices renato corpore explentur, fiuntque arbori ſalutares. Nam *magna ex parte ſimilis hominum medicina, & arborum eſt.* Apud Plinium *perperam legitur caprificatio, pro ſcarificatione. lib. 6. cap. 12.*

Scaurorum) Lege *ſcarorum. Sunt enim ſcari piſces, qui ſoli dicuntur ruminare, & herbis ueſci. Scaro olim datus eſt principatus inter piſces, de quo* Martialis,

Hic *ſcarus æquoreis qui uenit obeſus ab undis,*
Viſceribus bonus eſt, cætera uile ſapit. lib. 8. cap. 17.

Scœnum) Græci σχοῖνον *uocant iuncum: opinor hoc in loco intelligendum eſſe de iũco illo odorato, cuius meminit* Plinius *in 12, qui gignitur iuxta montem* Libanum. Tradũt *iuncum quoque odoratum in Campania inueniri.* Idem

ii.iiij.

Plinius in compoſitione unguẽtorum adhibet & iuncum. Eſt aliud quoddã genus iuncorũ, quod à Græcis oxyſchœnon uocatur, ſed nihil ad hunc intellectum. Præterea ſchœnus nomen eſt menſuræ, ut placet Eratoſtheni, ſtadia quadraginta continet. Aliqui XXII ſtadia ſingulis ſchœnis dedêre. Barbarorum gentes itinera metiũtur partim ſchœnis, partim paraſangis, ut Perſæ: partim Leucis, ut Galli: partim ſtadijs, & paſſibus, ut Romani. lib. 12. cap. 20.

σκύλαξ) Nomen cani accommodatum: dicitur enim σκύλαξ Græce catulus. Scribit Pollux in quinto Onomaſtici, τροφὰν εἶναι σκύλαξι ἐκ τῶν μητέρων γάλα, id eſt, alimentum eſſe catulis maternum lac. lib. 7. cap. 11.

Scyllam legito) Scylla ſpecies eſt cæpæ, ſiue bulbi, à qua acetum ſcylliticum dictum. Accommodata eſt medicamnibus. De uino quoque ſcyllitico, quod cum ſcylla fit, mentio fit à Palladio, & ſcylliticum acetum, quod oculorum aciem exacuit. lib. 12. cap. 33.

Sine ſcipionibus) Plinius dixit apertius ſine ſarmentis. Infrà quoque ait, Modice ſeparatis ſcipionibus. ſcipiones uidelicet uſurpans pro racemis ligneis, & ſcapis, quibus uuæ continentur, & acina inhæreſcunt. lib. 12. cap. 39.

Non ſcobem, ſed ramenta) Scobis nomine ſignificatur illa minuta tritura, quæ ex ſectione ſerræ, & terebratione terebræ decidit in terram. Inde ſcobina dicta, quæ lima fabrilis eſt, & inſtrumẽtum. Iuuenal. Semodio ſcobis hæc etenim dat ſeruulus unus. Item Horatius, Vilibus in ſcopis, in mappis, in ſcobe quantus Exiſtit ſumptus? Ouidius in obſceno carmine, Quã pro ſanguine puluerem, ſcobémque, In uenis medici putant habere. Ramenta uerò ſunt fruſtula paulò craſſiora, maioráque, & quaſi reciſamenta. Plinius ait uuas in ſcobe, ramentiſue abiectis populi, fraxini,

utiliter ſeruari. Deſcobinata crura uocabulo priſco dixit M.Varro,pro ſaucijs,abraſis,deſectis.lib.de arb.cap.8.

Scopula) Diminutiuum eſt ſcoparum. Scoparius dicitur, perquàm eleganti uocabulo conuerritor, hoc eſt, miniſter, cuius miniſterium eſt ſcopis pauimenta conuerrere: quod maxime fit à prandio,& à cœna. lib.11.cap.18.

Minus ſcrupuloſe) Vt ſit aduerbium,hoc eſt,minus diligenter,minúſque ſollicitè.lib.9.cap.8.

Secundæ) Membranas intelligit quæ fœtum ſequuntur, uulgò ſecundinas uocant,Græco uocabulo ὕστερας apud Plinium. Ad ſecundas innumeræ ſunt medicinæ.lib.7.cap.7.

Ruſtici ſedum appellant) Democritus ſemina omnia ſeri iubet,medicata ſucco herbæ, quæ appellatur à Græcis aizoon,id eſt,ſemper uiua. Alij buphthalmon uocant, quaſi oculum bouis. alij zoophthalmon. Sunt qui ambroſiam. Latini ſedum appellant,aut oculum,aut digitellum: naſcitur in tegulis,ſeritúrque in uaſculis fictilibus.lib.2.cap.9.

Semiformes) Semiformati,nondum perfecti,neque toti partibus ſuis conſummati.lib.8.cap.5.

Seminarium) In agricolatione ſeminarium eſt quædam quaſi nutrix nouellarum plantarum. Significat enim locum,in quo plantaria adoleſcunt: ut mox illinc tranſlata migrent in ſuam ſedem. Natura enim arborum,ſicut hominum auida eſt nouitatis, & peregrinationis. Et cum nutrix ſæpe indulgentior ſit,quàm mater: melius plantæ in ſeminario proueniũt,quod ſuccoſum,elapidatúmq; eſſe debet,miniméque rimoſum. Nunc Columella docet,quale ſit eligendum, parandúmque uitibus ſeminarium: quod à Plinio quoque,cæteríſque perſcribitur.lib.de arb.cap.1.

Seminis,ac decumanis diſtinguere) Emendo ſemitis,uel ſemitanis,ut ea forma dicat ſemitaneos ſulcos, qua decuma-

ni nuncupantur. Plinius *hoc idem ſcribens,dixit,oportere uineas quintanis ſemitari. hoc eſt,ut in quinto quoque palo ſingulæ iugo paginæ includantur.* Igitur *quod à* Plinio *dictum eſt ſemitari uerbo elegantiſſimo, id à* Columella *dicitur ſemitis, ſiue ſemitanis diſtingui.* Decumanus *uerò limes uocatur,qui ſecat agrum ab exortu, ad occaſum: ſicut cardo appellatur limes per agrum currens,à* Septentrione *ad* Meridiem *(oportet ut* Plinij *uerbis utar) uineas limitari decumano.lib.3.cap.20.*

Sentem *canis)* Palladius *hoc idem referens ait,* Alij *ſpinarum plantas , & ſemina in munitione diſponant , ſed melius erit rubi ſemina,& ſpinæ, quæ rubus caninus uocatur,matura colligere, & cum farina erui ex aqua macerata miſcere,funes dehinc ſparteos ueteres hoc genere mixtionis ſic inducere,ut intra funes ſeruentur uſque ad uerni temporis initia.lib.11.cap.3.*

Seriæ) Vaſa *ſunt fictilia.* Perſius, *-crepat argẽti mihi ſeria dextro* Hercule. Idẽ, Seriolæ *ueteris metuens deradere limum.* Terentius, Releui *dolia omnia, ſerias omnes.libro 11.cap.18.*

Seſquiculleáribus) Dicuntur *ſeſquiculleária dolia, quæ continent culleum unum cum dimidio.* E*ſt autem culleus capax uiginti amphorarum,ut indicat* Plinius,*in* 14.*quod &* Priſcianus *euidenter oſtendit,his uerſibus:*

*E*ſt *& bis decies,quem conficit amphora noſtra*
Culleus,*hac nulla eſt maior menſura liquoris.* Aliàs *culleus dicitur ſuppliciũ parricidarũ: de quo in ſecundo commentario* Suetonij *copioſe perſcripſimus.lib.11.cap.18.*

Seſama)Lego *ſeſama.* Præcipit Columella *in ſecundo,ſeſama ab æquinoctio autumnali eſſe ſerẽda.* Hinc *oleũ ſeſaminum dictum eſt,& alterũ genus ſeſamodes. lib.11.cap.2.*

Seſquiopera) Significat ſeſquiopera, integram operã, & dimidiã, et hæc particula in omni ferme compoſitione habet talem intellectum, ut ſignet totum illud, de quo agitur, eiúſque dimidium, ut ſeſquidigitus dicatur unus digitus, & dimidiatus, itidem ſeſquihora, ſeſquipedalis, ſeſqui cyathus, ſeſquimodius. M. Varro tradit annum dimidi in octo ſeſquimenſes, ut ſingulis ſeſquimenſibus integer menſis, & dimidiatus attribuatur. Libro nouiſſimo Columellæ, dolia ſeſquiculearia nuncupantur, quæ uidelicet unius cullei cum dimidio ſint capacia. Seſquiplagam dixit Tacitus, intelligi uolens non unam tantum plagam ſuffeciſſe ad hominem obtruncandum, ſed opus quoque fuiſſe dimidio ſecundæ plagæ. lib. 2. cap. 13.

In ſeſquipede) Altitudine ſeſquipedali, hoc eſt, pedis unius & dimidiati. lib. 4. cap. 9.

Seſtertium) In menſuris ſeſtertium accipe pro duobus pedibus, & dimidio, ſicut in nummis continet duas libras, & ſelibram. lib. de arb. cap. 1.

Sextula) AEris minima pars eſt, ſextula ex eo dicta, quòd ſit ſexta pars unciæ. M. Tullius in oratione pro Cecinna: Fecit heredẽ ex deuncia, & ſemiuncia Cecinnam, ex duabus ſextulis M. Fulciniũ libertum ſuperioris uiri. Erutio ſextulam aſpergit. Priſcianus in opuſculo metrico: Sextula quæ fertur, nam ſex his uncia conſtat. lib. 5. cap. 1.

De ſiccaneis) Siccanea dicuntur, quæ gaudent ſiccitate, ſicut ediuerſo rigua, quæ humore lætantur. Pratorum duo ſunt genera, alterum ſiccaneum, alterũ riguũ. Quod ſiccaneum uocat, ſuapte natura fœnum progignit. Riguum uerò irrigatione eſt refouendum, & humoris pabulo ſaginandum. λιμῷ ὄικτισον θανεῖν, id eſt, fame mori, miſerrimum eſt. Liuius conſimiliter: Maiorem partem mi-

litum famè, ac frigore, quæ miſerrima mortis genera ſunt, amiſiſſet. lib. 2. cap. 2.

Sicilicus) Auctore Priſciano, Sicilicus *eſt dimidiũ ſextulæ. Quidam autumant ſicilicum eſſe ſemiunciã, ex eo dictum, quòd ſecet unciam.* Verũ Feſtus Pompeius *docet, non dimidium unciæ, ſed dimidiũ ſemunciæ, dictum quòd ſemunciã ſecet, tanquam ſit quarta pars unciæ, quòd uerius eſt: nã ipſe* Columella *ſubmonet in ſicilico eſſe ſcrupula ſex, in ſemuncia* XII, *ut indubitàter credat ſicilicũ eſſe dimidiũ ſemunciæ.* Plinius *ſcribens de lunari ratione inquit: Quintadecima tota ſupra terras noctu erit, eadémque ſub terris tota die: ſextadecima ad primæ horæ nocturnæ dextantem ſicilicum ſub terra aget. lib. 5. cap. 1.*

Prata ſicilire) Vt Plinius *docet,* Sicilire *eſt falcibus cõſectari in pratis, quæ fœniſecæs præterierunt.* Arbitratur M. Varro *dictum uerbum eſſe à ſectione. lib. 2. cap. 22.*

Signinum *opus uocant, ut docet* Plinius, *quòd ſit fractis teſtis tuſiſque, ut firmius duret: quo genere etiam pauimenta ſunt excogitata. lib. 8. cap. 15.*

Silenti luna) Id *eſt in coitu lunæ cum ſole, quem diem alij interlunium, alij ſilẽtis lunæ appellant:* Varro *intermenſtruum,* Firmicus *ſynodicam frequenter.* Colum. *lib. 2. cap. 10.* Sic, *ſilẽtis ſpiritus diẽ, apud eundem lib. 3. cap. 19. id eſt, dum cælum ſilet, cum ſerenum eſt, & tranquillum.* Silent *quoque herbæ, & uirgæ, dum non germinant.* Silent *uineæ quando non progemmant, hoc eſt, gemmas oculóſque non parturiunt, ſed quaſi ſilẽtes quieſcunt manéntque immobiles. ſic diem, cælum, ſurculum quoque ſilentia apud eundem inuenies.*

Veluti ſiphones) Siphones *& per diminutiuum ſiphũculi dicuntur fiſtulæ, quibus liquor incluſus emicat, exilis-*

que in ſublime. Plinius *tradit aquã meantem per uenas terræ pondere expreſſam ſiphonum modo emicare.* Corn. Celſus *præcipit ſtomacho laborantibus bibere per ſiphonem:hoc eſt,fiſtulam tenuem,duos tréſue cyathos.* Satyrographus *quoque per tranſlationem decenter dixit,& mordaciter,* Effigiémq; *deæ lõgis ſiphonibus implent.* Verbũ *eſt* Græcorum σιφωνίζειν,*quod eſt euellere,educeréque liquorem.* Ariſtophanes *abuſiuè dixit* σιφωνίζειν:σιφωνίζωμεν τὸν σιτὸν *lib.3.cap.10.*

Sitienti *ſolo)* Sicca *terra.* Plinius *lunam ſitientem dicit,intelligi uolens ſiccam.lib.2.cap.8.*

Naribus *reſimis)* Simus *ut docet* Suidas *, opponitur* γρυπῷ,*id eſt,adunco.ſicut ergo* γρυπὸν Græci *uocant habẽtem aduncum naſum, ita econtrario* σιμὸν *dicunt cuius naſus eſt depreſſus.* Simas *capellas dixit poeta.* A' *ſimo roſtro delphines ſimones appellantur.* A' *ſimo reſimum,& ſubſimum traxere nuncupationem.* Sunt *autem nares reſimæ,reduncæ depreſſǽque,quales in parãdis bobus maximè ſpectantur.* M. Varro *ſcribẽs de canibus,inquit,Eſſe debent labris ſubnigris aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus,neque pendulis ſubtus mento ſuppreſſo.* Idem *boues probat,qui ſint ſubſimi, hoc eſt, ut ego interpretor dorſo depreſſo,& ſubſidente.lib.6.cap.1.*

Seu *ſpinoſus)* Dic *ſpionius.Eſt enim uitis ſpionia multo larga,& amplitudine uuarum,quàm numero fertilior. lib.2.cap.21.*

Sinum *lactis)* Nomen *eſt uaſis,de quo poeta:*Sinum *lactis,& hæc tibiliba* Priape *quotannis.* Plautus *in* Curgulione:*Cede puere ſinum.* Tradit M. Varro *ſinum dici à ſinu:quòd cauum ſit poculum.lib.7.cap.8.*

Solſtitiales *ſpinas).* Diſpice *nũquid faciat pertinedtue*

ad Plautinum ſenſum, ſpina hæc ſolſtitialis. Nãque apud Plautum in Pſeudolo ſcriptum legitur, Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper fuit, repentè exortus ſum, repentinò occidi. Plinius ſignificare uidetur ſolſtitialem herbam dici ſolſtitio uel prouenientem uel florentem, ut ſit nomen non unius tantum herbæ proprium, ſed cuilibet herbæ accommodatum naſcenti per ſolſtitium. Sic enim ſcribit lib.26, Codurdon herba ſolſtitialis, flore rubro, ſuſpenſa in collo comprimere dicitur ſtrumas. Cõſimuliter ſpinas ſolſtitiales exponere poteris ſolſtitio progenitas ac uigentes. Cor. Celſus herbam ſolarem uocat heliotropion, quia circumagitur cum ſole. lib.3. cap.18.

Solea ſpartea) Calceamento iunceo & molli. à ſparto quæ Iberica herba eſt. Apuleius Helcij ſpartei meminit. lib.6. cap.12.

Spartæque) Sunt uaſa iuncea, à ſparto dictæ, ex quo fiunt. Eſt autem ſpartum genus iunci ſiue herbæ Ibericæ. de quo multa Plinius lib. undeuigeſimo. Autumant grammatici ſportas quoque dici ab hoc ſparto, quaſi ſparteas. libro 11. cap.2.

Specularibus integi) Vt inquit Epigrammatarius poeta, ſpecularia puros Admittunt ſoles, & ſine fæce dies. Sunt autem lapides ſpeculares candidi atque tranſlucentes, olim in Bononienſi agro effoſſi, & quibus fiunt munimenta quaſi quædam fructuum precioſiſſimorum, ut incluſi ſpecularibus admittant ſolem, nec infeſtentur uento uel imbre. Tiberius Cæſar cum mira uoluptate cucumeres expeteret, commentus eſt ut nullo non die ſibi contingerent. Nanque penſiles eorum hortos promouebant in ſolem rotis, rurſúſque hibernis diebus intra ſpecularium munimenta reuocabant. lib.11. cap.3.

Spica Virginis) Nomen eſt ſideris: antiqui Spicũ neutro genere dixere, hinc illud: Spicum illuſtre ferens ſplendenti corpore Virgo. lib. 11. cap. 2.

Spondylis) Nomen eſt piſcium, aliàs ſpondylos uocamus uertebras & nodos in ceruice, & ut auctor eſt Pollux, τράχηλον, id eſt, ſpina hominis conſtat ſeptem ſpondylis. Appellantur & ſpondylia. lib. 8. cap. 16.

σταφιλίς) A' plinio dicitur hæc uua aſtaphis agria, quã tæniniã aliqui uocant falſò, ſuũ enim genus habet. ualet ad pituitam, unde à quibuſdã dicta pituitaria: Græco uocabulo agria ſtaphyle dicitur uua ſilueſtris. lib. 8. cap. 5.

Per ſtatumina) Pedamẽta, palos, adminicula. li. 5. ca. 3.

Sæpe etiã ſtiua) Pars aratri eſt, de qua Virgiliꝰ: Stiuaque quæ currus à tergo torqueat. M. Var. Stiua, inquit, à ſtando dicta, in qua tranſuerſa regula eſt dicta manicula, eò quòd manu bubulci tenetur. lib. 5. ca. 3.

Simplici ſtolone) Plin. ſtolones in arboribus appellat fruticationẽ mutilem. Vnde & ſtolonũ Liciniæ genti inditum cognomen. M. Var. planiſſimè ſcribit de ſtolonibus, cuius uerba ſubſcripſi, quæ ſunt hæc: Nã Stolonis illa lex, quæ uetat plus quingenta iugera habere ciuẽ Romanum, & qui propter diligentiam culturæ ſtolonum confirmauit cognomen, quòd nullus in eius fundo reperiri poterat ſtolo, quòd effodiebat circum arbores radices, quæ naſcerentur ex ſolo, quos ſtolones appellabant. lib. 5. cap. 8.

Ciceris) Cum cicer inter legumina numeretur, non inter olera, exiſtimo legẽdũ ſiſeris. Eſt autẽ ſiſer herba hortenſis, cui generoſitas præcipua eſt in Germania, ineſt lõgitudine neruus, qui in decoctis extrahitur, amaritudinis tamẽ magna parte relicta, quæ mulſo in cibis temperata, etiam in gratiam uertitur. Siſer nobilitatum eſt à Tyberio

principe, id genus oleris mirè expetente. de hoc intellexit Virg. in Moreto *ſcribēs,* Hic *ſiſer & capiti debētes nomina porri.* In *codicibus impreſſis uulgò legitur cicer, ſicut hic quoque, cum utrobique ſiſer legendū ſit. lib.11.cap.3.*

Stringere arbores) *Decerpere, ſecare, & colligere.* Virgil. *Sed tamen & quernas glandes tum ſtringere tempus,* Hinc *ſtricta olea dicta, quæ manu colligitur. lib.6.cap.3.*

Strigoſum habitū) *Strigoſus apud ueteres morbus dicitur iumentorum, qui corpora ſtringit aut fame, aut alia uitij cauſa, quaſi ſtringoſus.* Aulus *Gellius ſtrigoſum appellat equū emaciatum, & male curatum.* Liuius *tradit, equos ex itinere uiſos eſſe ſtrigoſiores, hoc eſt, macriores, attenuatioréſque. lib.6.cap.36.*

Strumoſis) *Struma morbus eſt, cui propè peculiariter obnoxij ſunt ſues: unde & à* Græcis *χοιράδες uocātur: uulgò ſcrophulas uocāt à ſcrophis, quæ illis maximè infeſtantur.* Plin. *Obnoxij ſunt ſues morbis anginæ maximè & ſtrumæ.* Eſt *& ſtruma, ut docet* Cor. *Celſus, tumor, in quo ſubter concreta quædam ex pure, & ſanguine, quaſi glandulæ oriuntur, quæ præcipuè fatigare medicos ſolent, nec unquam facilè matureſcunt, maximè in ceruice, ſed etiam in alis & inguinibus, & in lateribus. lib.7.cap.10.*

Subluuies, atque intertrigo) *Videtur ſubluuies eſſe exulceratio in pedibus ouiū naſcens, quādo ſcilicet ab ungula cutis reſoluitur, in homine reduuiā dicunt.* Luere *enim ſoluere eſt, quaſi ſubtus ſoluatur corium.* De *intertrigine, quæ ex intertritu naſcitur, ſuprà ſcripſi. lib.7.cap.3.*

Subinde) *Frequenter, aliàs, mox, deinde, & itidem. libro 6.cap.2.*

Submittere prolem) *Educare, producere, propagare. lib.7.cap.9.*

Subrumentur) Sub mammam mittantur, ſubijciantúrque: antiquo nanque uocabulo mamma dicitur rumis, unde agni & hœdi ſubrumi uocantur, qui ſub rumis, id eſt, mammis adhuc habentur. Hinc uerbum ſubrumari, quòd ſignificat ſub mammam ſubijci. Hinc Rumina dea, & Ruminalis ficus, quòd ſub ea arbore lupa rumam, id eſt, mammam Romulo & Remo dederit. lib. 7. cap. 4.

Velut quibuſdã ſubſtructionibus) Plinius, Cicero, cæteri ſubſtructiones inſanas uocant ædificia enormia, ſumptuoſa, & impẽdijs prope regalibus extructa. Hic ſubſtructiones intellige aceruos lapidum in unum locum congeſtorum, inſtar ſubſtructionum quibus ædificia magna conſurgunt. lib. 1. cap. 2.

Suculæ celantur) In capite Tauri ſunt ſtellæ numero VII, quas noſtri Suculas uocant, Græci Hyades nomine pluuio. nam Græcè ὕειν dicitur pluere. Hæ autẽ ſtellæ cum oriuntur, & occidunt, tempeſtates, pluuias, largóſque imbres cient. Imperiti arbitrãtes dici Hyadas à ſuibus, qui Græca uoce ὗες nominantur, à ſimilitudine nominis Græci appellauere Suculas, ſiquidem ſus per diminutionẽ dicitur ſucula. Hinc iocus ille Plautinus: Quin tu in die recta cum ſucula, & cum porculis. Plinius tradit id ſidus uulgo appellatum eſſe Palilicium, quòd celatur ueſperi circa Palilia, qui dies feſtus eſt, uigeſimuſprimus menſis Aprilis, idémque urbis Romæ natalis. lib. 11. cap. 2.

Suffitas) Fumigatas, & quodã quaſi ſuffumine medicatas. Virgilius inquit, At ſuffire thymo. Apud Plinium frequenter legitur ſuffitus, ſuffitiones, ſuffimenta. Apud Ouidium, Sanguis equi ſuffimen erit. lib. 9. ca. 14.

Suffragines coronæ) Sunt in cruribus poſterioribus quadrupedum ſuffragines, quibus pedes inflectuntur. Di-

ci ex eo uidentur, quòd ſubterfrãgantur. Plinius tradit, aues curuare ſuffragines in poſteriora: quibus uerbis planiſſime demonſtrat ſuffragines dici illã in cruribus partem, quæ humani poplitis modo curuatur. Hinc ſuffraginoſa mula, cuius ſuffragines morbo infeſtantur. Corona autem pars eſt pedis in brutis animalibus. Hinc ſuffraginoſus, laborans ſuffraginibus. lib.6. cap.14.

Suffriatur) Inſpergitur. ſuffriare, infriare, perfriare ex eodem fonte manantia uerba, ſignificant minutim conterere, & quod uulgo dicitur pulueriζare, & inſpergere, lib.9. cap.35.

Vitem ſupplãtato) Vitem ſupplantare eſt quaſi explantare, deluxare, atque proſternere, ſicut in palæſtrico curulique certamine luctantes ſupplantant aduerſariũ, & curſor curſorem, ſubductiſque pedibus arietant ad terrã, quod Grecè dicitur ὑποσκελίζειν. M. Tullius tradit, quòd qui ſtadium currit, nullo modo debet ſupplantare eum, qui cum certet. Dixit Plinius uuas ſupplantat, pro eo quod eſt lædit, conuellit, atque delumbat. lib. de arb. cap.7.

Suppuratio) Apoſtemata Græci uocant, noſtri ſuppurationes. Fit & ſuppuratio, quãdo ex ulceribus manat pus, hoc eſt ſanies. Suppurare dicuntur ulcera, quando peruenerunt ad maturitatem, & emittunt pus. lib.6. cap.11.

Supputari,) Putari, decidique ferro. lib.4. cap.33.

Surcularis terra) Ad ſurculos progenerandos idonea. lib.3. cap.11.

Suſpirioſæ) Græcis uocabulis aſmatici, dyſpnoici, orthopnoici appellantur, quos noſtri ſuſpirioſos appellant. uitiũ eſt, proueniens ex difficultate ſpirandi. Agere animam, dici ſuſpirium poteſt, ut tradit Seneca. De ſuſpirioſis crebra mentio apud Plin. De dyſpnœa, & orthopnœa ſcribit

Galenus: ſed recentiores medici perperam pronunciantes uitiant elegantiam Atticiſmi.*lib.6.cap.38.*

T

Superius tabulatum) Tabulata *in arboribus ſunt ordines ramorum, de quibus ait poeta:* Aſſueſcant ſummiſque ſequi tabulata per ulmos: *quem locum enarrans* Seruius, *ait:* Tabulata *ſunt rami effuſiores, & in plana tendētes, non ad altiora creſcentes. Sūt in arboribus ima, & ſumma tabulata ramorum.* Plinius *docet, tabulata ulmorū ab octauo pede altitudinis dilatari in collibus, ſiccíſque agris: à duodecimo in campeſtribus, & humidis. lib.5.cap.6.*

Tamaricis) Tamarix *herba eſt, quā & myricen uocant, quæ ad lienem præcipua eſt, ſi ſuccus eius expreſſus in uino bibatur, adeóque mirabilem eius antipathiā contra ſolum hoc uiſcerum faciunt, ut affirment, ſi ex ea factis alueis bibant ſues, ſine lieni inueniri: & ideo homini ſplenetico cibum, potúmque dant in uaſis ex tamarice factis. uulgus infelicem eam arborem appellat, quoniam nihil ferat unquam. lib.7.cap.10.*

Tanagrici) À Tanagra *ciuitate* Bœotiæ, *quam* Homerus *uocat* γραῖαν, *quæ & prius, ut docet* Stephanus, *uocabatur* ποιμανδρία. *Tanagrici galli auctore* Varrone *ſunt ſine dubio pulchri, & ad præliandū inter ſe maxime idonei: ſed ad partus ſunt ſteriliores.* Plinius *de gallis gallinaceis loquens, ait,* Patrias nobilitauerunt Rhodū, ac Tanagram. *Tanagreæ meretricis meminit* M.Tul.*lib.8.cap.2.*

Diſſimulem rationē poſtulat Tarentinū *atque hirtum)* In *genere ouiū ſumma dignitas fuit* Tarētinis *ouibus, quæ propter bonitatē lanæ pellibus integebātur, ne lana inquinaretur.* Hinc Plin. *noſter id genus ouiū elegantius uocat tectū, cum operimentis tegeretur, & à* Varrone *pellitæ no*

minantur: de quibus intellexit Horatius *illo ſapphico uerſiculo,* Dulce *pellitis ouibus* Galeſi *Flumen. Igitur cũ* Ta*rẽtinum pecus ſit ex omnibus molliſſimum maximéq; hirtum, hoc eſt lanigerũ atq; uilloſum, nullámq; domini aut magiſtrorũ inertiã ſuſtineat, deſiderat curam maiorem & rationẽ longe aliã in paſtione, quàm faciat reliqui ouiarium pecus.* Illud *adnotandũ,* Tarentum Sabinorũ *lingua molle ſignificari: unde quidam* Tarẽtinas *oues & nuces dici autumant, quia ſunt molles.* Hinc Horatius *optimo epitheto uidetur dixiſſe,* Et *molle* Tarẽtum. *Ouiũ* Tarentinarum *tanquã elegantiſſimarũ meminit* Plaut. *in* Truculẽto, *his uerbis:* Argentum *meo qui debebat patri, qui oues* Tarentinas *erat mercatus de patre, quærit patrẽ.* Columella.

Porrum Tarentinum) De *hoc ait* Epigrammatiſta,
Fila Tarentini *grauiter redolentia porri*
Ediſti *quoties, oſcula clauſa dato.* lib. 8. *cap.* 11.

Tarteſiaci) Tarteſos *oppidũ eſt* Hiſpaniæ: *unde* Tarteſiacum *pelagus dictum.* In *eo generoſæ murænæ naſcuntur.* Vnde *à* Varrone *laudatur muræna* Tarteſia. Apud Aulum Gellium *mendoſe legitur muræna* Tarſeſia, *quaſi à* Tarſo *oppido* Ciliciæ *dicta, cum legendũ ſit* Tarteſia *à* Tarteſo *oppido* Hiſpaniæ. Autumat Strabo *ueteres* Betim *fluuium nominaſſe* Tarteſum. Nonnulli Tarteſum Carteiam *appellãt.* De Tarteſo Silius: Tarteſos *ſtabulanti conſcia* Phœbo. *libro* 8. *cap.* 16.

Tectum pecus) Id *genus ouium ſignat, quod propter lanitij elegantiam operimentis tegitur, & ob id tectum pecus nominatur.* Horatius *id genus oues pellitas appellat illo ſapphico uerſiculo:* Dulce *pellitis ouibus* Galeſi *Flumen. lib.* 7. *cap.* 2.

Palmeis regentibus) Legendum *eſt tegetibus: ſignificat*

enim tegetes ex folijs palmarum contextas adhiberi ſolitas ad uineam adumbrandam per cynocaumata: ſic enim uocantur calores æſtuoſi Caniculæ. M. Varro appellat tegeticulas canabinas, ex canabe factas. lib. 6. cap. 3.

Temporius) Tempeſtiuius, maturius, aduerbium eſt, cui opponitur ſerius. Hinc Ouidianũ illud, -modo ſurgit Eoo Temporius cælo, modo ſerius incidit undis. lib. 8. cap. 4.

Terebratione) Id eſt, illius inſitionis quæ fit terebra: de qua ſic inquit Cato: Terebra uitem quam inſerere uoles pertundito, eò duos ſurculos uitigineos quod genus eſſe uoles inſertos obliquos arcito ad medullam, & cætera. lib. 4. ca. 29.

Termitibus) Termites ſunt ramuli arborum maxime oliuarum, quod Porphyrio docet enarrans illud Horatij, Nũquã fallentis termes oliuæ. Aul. Gel. ramuſculos palmarũ termites appellat, his uerbis, Spadica Dorici uocãt auulſum è palma termitẽ cũ fructu. Itẽ Quoniã, termes palmæ ex arbore cum fructu auulſus, ſpadix dicitur. li. 7. cap. 9.

Ternarij) Scrobes ternarios appellant quoquouerſus pedum trium, ſicut quaternarios quoquouerſus quatuor pedum. lib. 11. cap. 2.

Tertiationem) Oleũ tertiæ preſſuræ, ſicuti iterationem ponit pro oleo ſecundæ preſſuræ. lib. 12. cap. 49.

Tertiato) Tertia aratione colito. lib. 2. cap. 10.

Tertiatur dodrante) Familiare eſt Col. aſſis nomine totum, & conſequenter per uncias intelligere partes, ſicut hoc nomine dodrantis intelligi uult nouem partes unius operæ ſufficere ad tertiandum agrum, id eſt, ad tertiam arationem in ſingula iugera perlegendum. lib. 2. cap. 4.

Thalli cæparum) θάλλω uerbũ Græcum eſt, quod ſignificat uireſco, & germino, inde thalli dicti ſtipites in cæpis

& folliculi,quos uulgus uocat germina,quibus ſemen continetur. θάλλον Græci *omne germinans appellauere,* Attici *maxime id in oliuis hac uoce nominitant.*Suidas *ait,*θάλλον *dici* κλάδον,*id eſt ramum oliuæ..lib.11.cap.3.*

*Taliagines)*Lego *tiliaginæ,hoc eſt,ex tilia arbore confectæ,cuius materies odorata eſt,nec teredinem ſentit.*Faſcijs *tiliaceis faſciabatur* Antonius,*ut rectus incederet.* Ex *tiliæ mẽbranis tenuiſſimis fiunt coronæ uel coronarũ ornamẽta,phyliræ uocãtur:de quibus alibi plura.li.12.cap.45.*

*Tineoſos)*Plenos *tinearũ,qui ſunt uermes, quos alueorum tineas uocant.tineas in libris gigni teſtatur* Epigrammatiſta. *In homine prouenire lõgitudine pedum tricenum refert* Plinius.*lib.9.cap.14.*

Tiruncula) Veteranus, *& tiro opponuntur, neque ſolum de militibus,ſed etiam mutis animalibus uſurpantur. lib.7.cap.12.*

Ad tormina) Morbus *eſt inteſtinorũ,*Græci *uocant dyſenterion,intus inteſtina exulcerãtur:ex his cruor manat, frequẽs deijciendi cupiditas,dolórq; in ano eſt.* Torminoſi *dicũtur laborantes hoc genere morbi.* M.Tul.*Torminoſos quoque dicimus quoſdam, non quia patiũtur tormina,ſed quia procliues ſint ad hoc genus ægritudinis.lib.12.ca.38.*

*Firmis toris)*Sicut *toros dicimus in animalibus carnes pulpoſas,robuſtáſque,ita in uitibus tuto alligari poteſt.* In *ſecunda* Tuſculana *enarrantes illud,*O' *brachia,ò lacertorum tori,ſcripſimus affatim ſuper hac dictione.* Ouidius *colla toroſa boũ dixit elegantiſſime. Col.lib.de arb.cap.16.*

*Tortiuum)*Cato *fecatum uinum appellat,quod ex fecibus uini expreſſum eſt.*Conſimile *eſt tortiuum,quod poſt primam preſſuram ex torculari exprimitur circuncifis uinaceis, unde & circuncidaneum nominatur.* Cato,Torti-

uum muſtum circuncidaneum ſuo cuique dolio diuidito, additóque pariter. Eſt alterum uini genus, quod præliganeum uocant, quod operarij bibunt. Græci deuterias appellant, generali uocabulo omnia uina ſecundaria, noſtri loram. Fiunt maceratis aqua uinaceis. lib. 12. cap. 36.

Ceruice toroſa) Pulpoſa, muſculoſa. Ouidius, Colla toroſa boum. In Tuſculanis quæſtionibus ait Hercules, O lacertorum tori. Plinius ſcribens de hortenſibus decenter dixit, quòd inula toroſior eſt. lib. 5. cap. 1.

Cum torreo) Toſto, torrefacto. lib. 6. cap. 10.

Velut traducem) In arbuſtis ſiunt traduces: hoc autem uocabulo utimur in uitibus, quæ ex arboribus in arbores traducuntur. Traduces quidam rumpos appellant, à traducendo nominatos quales eleganter, utilitérque formatos in territorio noſtro conſpicimus. Traducem bimum antiqui præcidere ſolebant, ut ita tranſilem facerent. Nouarienſis agricola traducum turba non contentus, nec copia ramorum, impoſitis etiamnum patibulis palmites circunuoluit. Hieronymus, Auguſtinus, Ruffinus, cæteríque eccleſiaſtici ſcriptores, curioſe diſputando diſquirunt, atque ueſtigant, nunquid anima ex traduce propagata ſit, tanquam ſemen ex ſemine. Tertullianus oppido quam decenter ſcripſit famam ſerpere in traduces aurium, atque linguarũ. Mendoſi ſunt Tertulliani codices impreſſi, in quibus dictiones perperam diſtinctæ leguntur. Nam cum in traduces linguarum fuerit ſcribendum, ſicut nos legimus: uitioſe impreſſerunt intra duces, corrupto uocabulo elegantiſſimo & ſenſu. lib. 4. cap. 9.

In ſecunda quaſi tribu) Id eſt, in ſecundo ordine, & loco, tranſlatione facta à claſſibus Romanis. Nã alij erant in prima, alij in ſecũda claſſe, & ita gradatim diſtributi.

lege Liuium. Conſimile eſt illud ſupradictum à Columella, Poſſunt etiam ſecundæ notæ uites prouentu, & uberta te commendari. lib. 2. cap. 2.

Tribulam, & traham) Nomina ſunt inſtrumentorum ruſticorum, quibus ad terenda frumenta utuntur agricolæ. Seruius interpretatur eſſe genera uehiculorum, enarrans illud Virgilianum, Tribuláque traheǽque, & iniquo pōdere raſtri. ſic enim ſcribit, Tribula genus uehiculi, quo teruntur in area fruges. Traha quoq; genus eſt uehiculi, dictum à trahendo. nam non habet rotas. Tribulã à terẽdo dictam autumant. Fit autem tribula ex tabula lapidibus aut ferro exaſperata, quæ impoſito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, aut diſcutit ex ſpica grana, aut ex aſſibus dentatis cum orbiculis, quod, ut inquit M. Varro ploſtellum Pœnicum appellant. lib. 2. cap. 21.

Nullum natura trimeſtre ſemen) Plinius taxans Columellæ ſententiam ſic refert: In tantum fallitur Columella, qui ne trimeſtris propriũ quidem genus exiſtimauerit eſſe, cum ſit antiquiſſimum. Græci trimenon uocant. li. 2. cap. 9.

Satoriam trimodiam) Nomen eſt uaſis à menſura triũ modiorum: ſatoriam uocant, quoniam ex ea ſatores ſemina iaciunt in ſatione ſeminum. lib. 2. cap. 9.

Trulla) Trullum, & trulla ſunt uaſa, quorum mentio apud ſcriptores. præterea trulla inſtrumẽtum eſt æneum fabrile, cuius meminit Vitruuius, in quo ſignificatu hic ponere uidetur. lib. 9. cap. 12.

Tubulum fictilem) Tubi, & per diminutionem tubuli ſunt quædam quaſi uaſa fictilia, oblonga inſtar fiſtularũ, quibus utimur ad ductus aquarũ cõficiendos. Plinius tradit aquas à fonte duci fictilibus tubis utiliſſimũ eſſe: & ut auctor eſt Vitruuius, ſalubriores ſunt aquæ, quæ ducuntur

per tubulos fictiles, quàm quæ per fiſtulas plumbeas. Plin. *hoc idem memorans cola fictilia uocat, quem* Colu. *tubulum fictilem appellat.* Plinij *uerba ſunt hæc,* Eſt & *luxurioſa ratio uites cædi, ut quatuor malleoli uehemēti uinculo colligentur in parte luxurioſa: atque ita uel peroſſa bubuli cruris, uel per cola fictilia traiecti obruantur binis eminentibus gemmis. & mox paulo ait,* Talis *uuæ acinas nihil intus ligni habituros* Columella *promittit.* Col. *lib. de arb. cap.* 9.

Lauri turiones) Hoc *uocabulo, quod infrequens eſt, ſignificari uidentur teneritudines ramuſculorum in ſummitatibus arborum. lib.* 2. *cap.* 47.

V

Quaſi uacerræ) Vacerras *dicunt ſtipites, & perticas ad quas equi religari ſolent. alibi docet* Columella *uacerras appellari genus clatrorum, accipique pro longurijs, ſiue perticis. lib.* 6. *cap.* 18. Erat *& apud antiquos uacerra nomen maledicti.*

Aut ualetudinarium) Lege *in ualetudinarium. nam locus, quo ægroti curantur, eleganti uocabulo ualetudinarium nuncupatur.* Seneca, Omnes *in eodem ualetudinario iacemus.* Mos *hic prope peculiaris eſt religioſorum, ut ualetudinariū unum templatim habeant, quo infirmi contineantur ac curentur.* In *ultimo præcepit* Columella, Valetudinaria *immūdicijs liberentur, & identidem aperiantur, ut ita ſalubria languentibus præbeantur. lib.* 11. *ca.* 1.

Modò *continetur)* Ariſtoteles, & Galenus *tradunt bonam ualetudinem eſſe quandam quaſi mediocritatem in confinio exceſſus, & defectus collocatam. lib.* 3. *cap.* 12.

In *ualuulis)* Valuuli *ſunt folliculi, & ſiliquæ fabarū, quaſi uallinuli dicti: quia uallo fabis excutiātur. li.* 2. *ca.* 12.

Vanniſq; expurgantur) Vanni ſunt cribra, quibus fru menta purgantur, unde uerbum Varronianum, euanna re, quod eſt per uannos expurgare. In codicibus Varronis perperam legitur euaminatur, cum recte legendũ ſit, euan natur. De uanno ait poeta: Et myſtica uannus Iacchi.

Deſiderat uehes) A' uehendo uehes nominantur. Sunt autem proprie ruſtica inſtrumẽta, quibus ſtercus uehitur: & menſuræ nomen. Pli. Iuſtũ eſt uehes ſtercoris XVIII iugero tribui. Alibi Columella ait maiores pecudes efficere denas uehes ſtercoris tricenis diebus. lib. 2. cap. 5.

A uenuncula) Legendũ eſt uenuncula. Horatius, Venun cula conuenit ollis. Plinius quoque docet uenunculam fuiſ ſe uuam ollis aptiſſimam, hoc eſt, ollarem: ſic enim uocan tur, quæ in ollis fictilibus conduntur. Papinius, Ollares ro go, non licebat uuas. lib. 3. cap. 2.

Venterculos) Ventriculos, & inteſtina. lib. 8. cap. 17.

Veratro) Helleboro. Plinius, Helleborum (inquit) Ita lia ueratrum uocat. lib. 6. cap. 32.

Vernaculum) Domeſticum, Italicum. lib. 7. cap. 3. Sic uernacula examina, quibus ſilueſtria opponuntur. libro 9. cap. 9.

Partæ uerſuræ) Verſuram dicunt ſcriptores agricola tionis, ubi boues in arando poſt peractum legitimum ſul cum circumaguntur, uertunturque. aliàs uerſura eſt muta tio quædam, qua creditor mutatur, à uertendo dicta, cuius Plinius, Seneca, Cicero omnes commeminere. lib. 2. cap. 2.

In ueſtiarijs) Veſtiaria nominamus, non tam arcas, ac repoſitoria ueſtium, quàm ipſa ueſtimenta. dixit Seneca, Dominus debet ſeruo ueſtiarium. Scæuola iuriſconſultus, Quæſitum eſt, an mortua matre conditio appoſita defeciſ ſe uideatur, & per hoc, neque ueſtiaria, neque cibaria his

debeantur. Reſpondi ſecundum ea quæ præponerentur, deberi.lib.1.cap.8.

Veterno conſeneſcere) Torpore, *ſegnitia, ſomno, ignauia.*Veternus *proprie eſt ille morbus, quẽ lethargum* Græci *nominant, in quo marcor & inexpugnabilis penè dormiendi neceſſitas: uulgo medici ſubetiam appellant.*Inde *ueternoſus pro ignauo, atque torpente, & ſomniculoſo ponitur.lib.7.cap.5.*

Veterinarij) Medici *pecorum ueterinarij nominantur, quos* Firmicus Maternus *mulomedicos uocat, ducto uocabulo, ex uoce* Græcorum, *à quibus* κτηνίατροι *appellantur, id eſt, medici iumentorum.lib.6.cap.8.*

Veterinariæ medicinæ) Medicina *ueterinaria dicitur ea qua utitur ueterinarius, id eſt, medicus pecoris, & iumentorum, quem noſtri mulomedicum,* Græci κτηνίατρον *appellant, de quo ſupra diximus.lib.7.cap.3.*

Reſoluatur ueruactum) Q*uod uere ſemel aratum eſt, à tẽporis argumento ueruactum uocatur, dicitur & proſciſſum. & proſcindere appellant, cum primum arant terram.lib.2.cap.4.*

Duo induantur ſtatumina) Corrige *uiduantur.nam cũ arbores, & pali decenter dicantur uitibus maritari, quando illis copulantur, decenter quoque dicentur uiduari, quãdo uitis emoritur, quæ inſtar mariti eſt.* Statumina *autem uocantur adminicula, pali, pedamenta, quibus ſtat uitis tenera, atque fulcitur: & ita intellige exponéque ſtatumina apud* Columellam *hac uoce crebrius utentem.*Apud Vitruuium *ſtatuminationes capiuntur pro ſolidationibus pauimentorum, & ſtatuminare pro munire ac ſolidare. lib.4.cap.2.*

Q*uaſi mille ſint uiuiradices)* Corrige *quaſi nullæ ſint.*

Quid autē ſit uiuiradix, docebunt te Columella, Plinius, & nomen oſtendit. nam à uiua radice cognominantur uiuiradices ſtirpes initium uidelicet, & ſurculi, qui in ſeminario adoleſcunt, móxque in ſuam ſedem transferuntur. Malleoli uero non ſunt radicati, nec ſeruntur in ſeminario. lib.3.cap.3.

Abundantia uliginis) Vligo proprie eſt naturalis terræ humor. Vnde uliginoſus ager dictus, quo quaſi piger noxius humor continetur. Vliginoſo agro opponitur aridus. lib.2.cap.2.

De ulmarijs) Vlmaria dicuntur ſeminaria, in quibus plantaria ulmorum adoleſcunt: quæ mox roborata in arbuſtum transferantur. Poſſunt & ipſa arbuſta ulmaria nuncupari, quibus ſcilicet uites maximè copulantur, maximéque conueniunt, cum inter uitem & ulmum ſit amicitia ſociabilis. lib.5.cap.4.

Spicas ulpici) Genus eſt allij ulpicum grandius inter pulmentaria ruris celebratum, quod Græci appellauere ἀφροσκόροδον. quidam allium Punicum uocant, de quo Plautus, Plenior ulpici, quàm Romani remiges. lib.6.ca.4.

De uillatico) Villaticum canem appellant, qui uillam, quǽque iuncta ſunt uillæ, cuſtodit. lib.7.cap.12.

Vicia pabularis) Quæ ſcilicet pabuli cauſa ſeritur, éſtque pabulum quadrupedum. lib.11.cap.2.

Cum uicialibus) À uicia, quod pabulum eſt, uicialia deriuantur.. lib.6.cap.29.

Cribro uiciario) À uicia, quod eſt genus frugum, dicitur uiciarium cribrum, ſicut à lolio loliariū. lib.8.cap.5.

Vitiarium) Seminarium intelligit, in quo ſemina uitium conſeruntur, ut mox transferantur in uineam. Paulò mox docet Columel. in quo ſolo uitiarium ſit facien-

dum.lib.3.cap.4.

Vitiſcat)uitis fiat: uerbum eſt à uite formatum, eo inclinamento quo uuiſcit.Col.lib.de arb.cap.7.

Vmbráſue)Sic appellãtur piſces quidam, quorũ mentio eſt apud Ennium ſic ſcribẽtem, Melanurum,turdum, merulámque,umbrámque marinam.lib.8.cap.16.

Ad unguem)Ad perfectam abſolutionem,tranſlatio à marmorarijs,qui iuncturas marmorum tum demum perfecta ducunt,ſi unguis ſuperductus non offendatur:unde iam quæcunque perfectiſſima eſſe uolumus ſignificare,ad unguẽ facta eſſe dicimus.Horat. -ad unguem Factus homo.lib.11.cap.2.

Vngues cuſtodum)Iam docui cuſtodes dici nouellos palmites. In uitibus autem ſunt omnia quæ in corporibus: exempli cauſa,caput,brachia,humeri,crura,pedes,palmæ, digiti,& pollex. Sunt & ungues quos annotinos præcipit eſſe reſecandos,id eſt,unius anni, quos & anniculos uocamus,ut ab anno annotinus deriuatur. Alij legunt hornotinos eodem intellectu: ſuper qua dictione ſupra perſcripſi.Cæſar in commentarijs naues annotinas appellaſſe uidetur onerarias, quibus annona atque commeatus comportantur.lib.4.cap.24.

Vnguine ceti)Ab unguendo unguen dictum.Apuleius, Vnguine delibutus.Cetus dicitur piſcis maior,errore grammaticorũ manifeſto, qui pluraliter, & neutro genere tantum dici autumant cete ex Græca declinatione. In cælo inter ſigna eſt Cetus,cuius meminit Hyginus.lib.6.cap.31.

Volucra appellatur) Ex lectione Pliniana communitus,lego uoluox.Plinij uerba ad hanc rem pertinentia ſubſcripſi,quæ ſunt hæc,Alij uoluocẽ appellant animal prærodens pubeſcentes uuas, quod ne accidat,falces cum ſint

exacutæ, fibrina pelle detergunt, atque ita putant, aut ſanguine hircino liniri uolunt poſt putationem eaſdem. Idem *Plinius, & ante* Plinium M. Cato *conuoluolum nominarunt beſtiolam damnificam, atque uineas infeſtantem, qui fortaſſis à conuoluendo nomen accepit, eò quòd ſe conuoluat, atque intorqueat circa pampinos.* Eundem *opinor eſſe inuoluolum, de quo ſcitum eſt* Plautinum *illud in* Ciſtellaria, *Imitatur nequam beſtiam, & damnificam inuoluolum, quæ in pampini folio intorta impliicat ſe: itidem hæc exorditur ſibi intortam orationem. Qui uult ne conuoluolus in uinea naſcatur, medicamentum faciat ex amurca decocta ad craſſitudinem mellis cum bituminis tertiario, & ſulphuris quartario, hoc uites ſub caput, & ſub brachia perungat, ita conuoluolus non fiet in uinea. lib. de arb. cap. 15.*

In *ſpeciem uuæ)* Apes *dicuntur facere oſtenta glomeratæ in figuram botryonis, ſiue uuæ pedibus per mutua nexis.* Iuuenalis, *Examénque apium longa conſederit uua* Culmine *delubri.* Virgil. *-uuam demittere ramis. lib. 9. cap. 9.*

Circa Vulcanalia) Dies *feriatus* Vulcanò *dicatus, dicitur* Vulcanalia. M. Varro, *Vulcanalia à* Vulcano, *quòd ei tum feriæ, & quòd eo die populus per ſe ignem animalia mittit.* Plinius, A' *Vulcanalibus lucubrare incipiebat ſtudendi cauſa. lib. 11. cap. 3.*

FINIS.

ALDVS LECTORI S.

IAMPRIDEM *decreui, quacunq; in repoſſum, prodeſſe ſtudioſis. Quamobrem perquàm utile uiſum eſt futurũ, ſi hic de diebus, & qui in uigintiquatuor partes, & qui in duodecim diuidũtur: tum de hortis, quæ ſunt apud* Palladium, *nonnihil dicamus. Atque eo magis, quòd à perquam paucis ætatis noſtræ hominibus intelliguntur.* Dierum *duo ſunt genera, alij naturales, alij ciuiles.* Naturales, *quibus nunc paſſim utimur, conſtant quatuor & uiginti partibus æqualibus ab occaſu* Solis, *ad alterũ occaſum, quæ horæ appellantur: &* Græcè ἰσημεριναὶ, *Latinè æquinoctiales dicuntur.* Ciuiles *autẽ ab ortu* Solis *ad occaſum conſtant duodecim partibus inæqualibus, quæ* Græcè καιρικαὶ, *Latinè temporales, ſeu, quod idẽ eſt, uulgares nominantur.* Atque *hæ duodecim partes hibernis ſolſtitijs breuiſſimæ ſunt, & tertia parte minores, quàm æquinoctiales: æſtiuis autem longiſſimæ, eadẽmq; tertia maiores, quàm illæ, &, quod ſequens eſt, uincunt hibernas duabus quartis: ſiue, quod idẽ eſt, dimidio, id quod ſignificare uoluit* Virgilius *eo uerſu,* An'ne *nouum tardis ſidus te menſibus addas: id eſt,* Iunio, & Iulio, *quibus horæ longiſſimæ ſunt.* At *uere,* Sole Arietem, *autumno,* Libram *ingrediente, partes ſunt æquinoctialibus: eadẽmque ab hiberno ſolſtitio ad æſtiuum, cum die creſcente creſcunt: ab æſtiuo autem ad hibernum, cum eodem decreſcente decreſcunt.* Et *quoniam ſinguli dies ciuiles, ac noctes totius anni, horis duodecim continentur, ſexta die hora ſemper eſt* Meridies: *& prima incipit oriente* Sole. *Duodecima eodem occidente finitur.* Verbi *gratia, menſe* Martio *cum hæ ipſæ horæ temporales ferè partes ſunt æquinoctiales, prima hora diei ciuilis eſt ea-*

dem cum tertiadecima diei naturalis.Secunda,eadem cum quartadecima.Tertia,cum quintadecima.Quarta,cum ſextadecima.Quinta,cum decimaſeptima.Sexta,cum decima octaua.Septima,cum decimanona. Octaua,cum uigeſima. Nona,cum uigeſimaprima. Decima, cum uigeſimaſecunda. Vndecima,cum uigeſimatertia. Duodecima,cum uigeſimaquarta. Illud igitur in ſacris literis, A ſexta autem hora uſque ad nonam,tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſam terram:intelligendum eſt à decimaoctaua hora,uſque ad uigeſimáprimam diei naturalis:ut nunc horæ aguntur.Nam apud ueteres,ſolaria in horas tam noctis,quàm diei temporales,nõ æquinoctiales diuidebantur. Menſe autem Iunio,cum horæ quàm longiſſimæ ſunt: prima hora temporalis eſt eadem,quæ nona cum tertia parte decimæ æquinoctialis. Secunda, quod reliquum decimæ cum duabus tertijs undecimæ.Tertia,quæ duodecima cum tertia parte undecimæ.Atque ita ſingulæ tres horæ temporales continent quatuor æquinoctiales.Pari modo,quarta eſt eadẽ, quæ tertiadecima cũ tertia parte quartædecimæ. Quinta,quod reliquum quartædecimæ cũ duobus tertijs quintæ decimæ. Sexta,quod reliquũ quintædecimæ cum integra ſextadecima,& eſt Meridies. Item tres temporales,Septima,Octaua,Nona,ſunt eædẽ,quæ quatuor æquinoctiales: uidelicet decimaſeptima, decimaoctaua, decimanona, uigeſima. Item decima,undecima,duodecima,eadem quæ uigeſimaprima,uigeſimaſecunda,uigeſimatertia, uigeſimaquarta. Non ab re hic uiſum eſt ſubiungere epigramma Martialis ad Euphemum ſtructorem Domitiani: ubi harum horarum temporalium meminit. eſt autem hoc:

Prima ſalutantes,atque altera detinet hora:
Exercet raucos tertia cauſidicos.

In quintam uarios exercet Roma labores.
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæſtris.
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima eſt Eupheme meorum:
Temperat ambroſias cum tua cura dapes:
Et bonus ætherio laxatur nectare Cæſar:
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos: greſſu timet ire licenti
Ad matutinum noſtra Thalia Iouem.

Horæ autem de quibus agit Palladius, ſunt quæ diem ab ortu Solis ad occaſum diuidunt in partes duodecim, quæ umbris ſic deprehenduntur: Fiat planicies quadrata ad regulam, & libellā in loco aperto, qui toto die illuſtretur à Sole, ſpectétque uno latere Septentrionem, alio Meridiē, Solem alio orientem, occidentem alio. Deinde in medio quadrati collocetur indagator umbræ, qui Græcè γνώμων, ſeu σκιαθήρας dicitur, obſeruetúrq; prima dies cuiuſuis mēſis, uerbi gratia, Ianuarij, idq; cælo ſereno: tunc tacto gnomone à Solis radijs, umbra gnomonis prima hora diei longa pedes XXIX, Secūda XIX, Tertia XV, Quarta XII, Quinta X, Sexta IX: atque hac hora, ſemper (ut dixi) eſt Meridies: tunc enim Sol altiſſimus facit umbras breuiſſimas. Deinde incipit declinare, & deſcendere ad occaſum: atque umbræ eadē, qua decreuerant, menſura augentur: quo fit, ut ſeptima hora, quæ eſt prima poſt meridiem, umbra gnomonis ſit longa pedes X, & reſpondeat quintæ antemeridianæ (nam horæ ante ſextam antemeridianæ, poſt ſextam poſtmeridianæ appellantur) Octaua ſit lōga pedes XII, & reſpōdeat quartæ: Nona, XV, quāta fuerat tertia, Decima, XIX, quot pedum erat ſecunda, Vndeci-

ma,X X I X,*quot prima*.Et *quoniam in horarũ ſpatio* I*anuar. cum* Decembri *menſe conuenit:eædem erũt umbræ ſingulis horis hoc menſe,quæ & Ianuario*.Idem *quoq; faciendum eſt in cæteris menſibus:ut bini ſcilicet cõputentur,&* Feb.*in horarum menſura cum* Nouẽbri *menſe concordet*,Martius *cum* Octobri, Aprilis *cum* Septembri, Maius *cum* Auguſto, Iunius *cum* Iulio, *quemadmodũ in fine cuiuſque menſis apud* Palladium *licet uidere*.Illud *apud eundẽ in fine poſtremi menſis his uerbis*:Decembrẽ Ianuario *in horis cauſa diſpar adiunxit:cum linea ſimili ille augeatur,hic decreſcat,intellgendum eſt & de umbris,quòd tam ante* Meridẽ,*quàm poſt pares atq; eædem in ſingulis binis menſibus ſint : ídque diſpari cauſa, & de diebus, quos conſtat ſex menſibus augeri,& ſex decreſcere*. Nam *etſi eadem quantitate ſunt horæ menſe* Ianuario, *qua &* Decembri:*eadémq; menſe* Februario,*qua &* Nouẽbri:*& ſic in reliquis paribus,quemadmodum auctor oſtendit:tamen ex ſingulis partibus,quantũ augetur alter,tantum alter diminuitur*.A*ſcendente enim* Sole *à* Capricorno *ad* Cãcrum*(ut ſuprà diximus)dies ſemper augentur:decreſcunt contrà deſcendente illo,à* Cãcro *ad* Capricornum.Notantandum *prætereа,creſcentibus diebus, decreſcere ſemper umbras gnomonis:contrà,decreſcentibus illis,has ſemper augeſcere: & hinc eſt,quòd menſe* Ianuario *cum dies breuiſſimi ſunt,& augentur: prima hora diei umbra gnomonis eſt longa pedes* X X I X,Februario,*quæ eſt lõgiſſima*, XXVII,Martio,XXV,Aprili,X X I I I I,Maio,X X I I I, Iunio,X X I I.*Menſe autẽ* Iulio, *cum dies longiſſimi ſunt, & decreſcunt prima hora diei umbra gnomonis eſt lõga pedes* X X I I,*quæ eſt breuiſſima*. Auguſto X X I I I,Septẽbri,X X I I I I,Octobri,X X V,Nouẽbri,X X V I I,Decem-

bri, X X I X. *Id quod ut melius cognoſcatur, ſubiunximus & eos menſes, quibus dies augentur, umbris decreſcentibus: & eos, quibus dies decreſcunt, umbris creſcentibus.* I*ncœpimus autem ab* I*anuario, &* I*ulio: quorum altero dies ſunt breuiſſimi, & ſemper augentur uſque ad ſolſtitiū æſtiuum, & umbræ longiſſimæ: ſed decreſcunt, quandiu dies augentur .* A*ltero dies ſunt longiſſimi, & ſemper decreſcunt uſque ad ſolſtitium hibernum, & umbræ breuiſſimæ: ſed augentur, quandiu dies decreſcunt.* E*t licet à ſolſtitijs incipiendum fuiſſet, quæ* D*ecembri, &* I*unio fiunt, túncque dies uel augeri, uel decreſcere incipiunt: tamen incrementa, uel diminutiones dierum cum diminutionibus, incrementíſque umbrarum ſic facilius digno ſcuntur : qua quidem re cognita, & diſpar illa cauſa cognoſcetur: quia in horarum ſpatio* I*anuarius* D*ecembri,* F*ebruarius* N*ouembri,* M*artius* O*ctobri,* A*prilis* S*eptembri,* M*aius* A*ugusto,* I*unius* I*ulio adiuncti, linea ſimili, ut ait* P*alladius, augentur, uel decreſcunt.*

I*anuario augentur dies, & umbræ decreſcunt.*

hora	I.	*pedes*	X X I X.
hora	I I.	*pedes*	X I X.
hora	I I I.	*pedes*	X V.
hora	I I I I.	*pedes*	X I I.
hora	V.	*pedes*	X.
H*ora*	V I.	*pedes*	I X.
hora	V I I.	*pedes*	X.
hora	V I I I.	*pedes*	X I I.
hora	I X.	*pedes*	X V.
hora	X.	*pedes*	X I X.
hora	X I.	*pedes*	X X I X.

ll.ij.

Februario augentur dies, & umbræ decreſcunt.

hora	I.	*pedes*	XXVII.
hora	II.	*pedes*	XVII.
hora	III.	*pedes*	XIII.
hora	IIII.	*pedes*	X.
hora	V.	*pedes*	VIII.
Hora	VI.	*pedes*	VII.
hora	VII.	*pedes*	VIII.
hora	VIII.	*pedes*	X.
hora	IX.	*pedes*	XIII.
hora	X.	*pedes*	XVII.
hora	XI.	*pedes*	XXVII.

Martio augentur dies, & umbræ decreſcunt.

hora	I.	*pedes*	XXV.
hora	II.	*pedes*	XV.
hora	III.	*pedes*	XI.
hora	IIII.	*pedes*	VIII.
hora	V.	*pedes*	VI.
Hora	VI.	*pedes*	V.
hora	VII.	*pedes*	VI.
hora	VIII.	*pedes*	VIII.
hora	IX.	*pedes*	XI.
hora	X.	*pedes*	XV.
hora	XI.	*pedes*	XXV.

Aprili dies augentur, & umbræ decreſcunt.

hora	I.	*pedes*	XXIIII.
hora	II.	*pedes*	XIIII.
hora	III.	*pedes*	X.
hora	IIII.	*pedes*	VII.
hora	V.	*pedes*	V.

Hora	VI.	pedes	IIII.
hora	VII.	pedes	V.
hora	VIII.	pedes	VII.
hora	IX.	pedes	X.
hora	X.	pedes	XIIII.
hora	XI.	pedes	XXIIII.

Maio dies augentur, & umbræ decreſcunt.

hora	I.	pedes	XXIII.
hora	II.	pedes	XIII.
hora	III.	pedes	IX.
hora	IIII.	pedes	VI.
hora	V.	pedes	IIII.
Hora	VI.	pedes	III.
hora	VII.	pedes	IIII.
hora	VIII.	pedes	VI.
hora	IX.	pedes	IX.
hora	X.	pedes	XIII.
hora	XI.	pedes	XXIII.

Iunio dies augentur, & umbræ decreſcunt.

hora	I.	pedes	XXII.
hora	II.	pedes.	XII.
hora	III.	pedes	VIII.
hora	IIII.	pedes	V.
hora	V.	pedes	III.
Hora	VI.	pedes	II.
hora	VII.	pedes	III.
hora	VIII.	pedes	V.
hora	IX.	pedes	VIII.
hora	X.	pedes	XII.
hora	XI.	pedes	XXII.

Iulio decreſcunt dies, & umbræ augentur.

hora	I.	*pedes*	XXII.
hora	II.	*pedes*	XII.
hora	III.	*pedes*	VIII.
hora	IIII.	*pedes*	V.
hora	V.	*pedes*	III.
Hora	VI.	*pedes*	II.
hora	VII.	*pedes*	III.
hora	VIII.	*pedes*	V.
hora	IX.	*pedes*	VIII.
hora	X.	*pedes*	XII.
hora	XI.	*pedes*	XXII.

Auguſto decreſcunt dies, & umbræ augentur.

hora	I.	*pedes*	XXIII.
hora	II.	*pedes*	XIII.
hora	III.	*pedes*	IX.
hora	IIII.	*pedes*	VI.
hora	V.	*pedes*	IIII.
Hora	VI.	*pedes*	III.
hora	VII.	*pedes*	IIII.
hora	VIII.	*pedes*	VI.
hora	IX.	*pedes*	IX.
hora	X.	*pedes*	XIII.
hora	XI.	*pedes*	XXIII.

Septembri decreſcunt dies, & umbræ augentur.

hora	I.	*pedes*	XXIIII.
hora	II.	*pedes*	XIIII.
hora	III.	*pedes*	X.
hora	IIII.	*pedes*	VII.
hora	V.	*pedes*	V.
Hora	VI.	*pedes*	IIII.

hora	VII.	*pedes*	V.
hora	VIII.	*pedes*	VII.
hora	IX.	*pedes*	X.
hora	X.	*pedes*	XIIII.
hora	XI.	*pedes*	XXIIII.

Octobri dies decreſcunt,& umbræ augentur.

hora	I.	*pedes*	XXV.
hora	II.	*pedes*	XV.
hora	III.	*pedes*	XI.
hora	IIII.	*pedes*	VIII.
hora	V.	*pedes*	VI.
Hora	VI.	*pedes*	V.
hora	VII.	*pedes*	VI.
hora	VIII.	*pedes*	VIII.
hora	IX.	*pedes*	XI.
hora	X.	*pedes*	XV.
hora	XI.	*pedes*	XXV.

Nouembri dies decreſcunt,& umbræ augentur.

hora	I.	*pedes*	XXVII.
hora	II.	*pedes*	XVII.
hora	III.	*pedes*	XIII.
hora	IIII.	*pedes*	X.
hora	V.	*pedes*	VIII.
Hora	VI.	*pedes*	VII.
hora	VII.	*pedes*	VIII.
hora	VIII.	*pedes*	X.
hora	IX.	*pedes*	XIII.
hora	X.	*pedes*	XVII.
hora	XI.	*pedes*	XXVII.

Decembri dies decreſcunt,& umbræ augentur.

hora	I.	*pedes*	XXIX.

hora	II.	*pedes*	XIX.
hora	III.	*pedes*	XV.
hora	IIII.	*pedes*	XII.
hora	V.	*pedes*	X.
Hora	VI.	*pedes*	IX.
hora	VII.	*pedes*	X.
hora	VIII.	*pedes*	XII.
hora	IX.	*pedes*	XV.
hora	X.	*pedes*	XIX.
hora	XI.	*pedes*	XXIX.

SED *ſciendum primos quoſque dies menſis deſcriptos tantum à* Palladio*: nec tãtas fore umbras cæteris diebus cuiuſque menſis, quantæ fuere primis, ſiquis eas deſcriberet: ſed ſemper uel minores, cum dies creſcunt: uel maiores, illis decreſcentibus. quæ ſi deſcriberentur omnes, magnum efficerent uolumen: eſſet præterea opus multis annis, ſi id fieret, in* Europa*: nam cum oporteat ſingulos quoſq; dies totius anni ab ortu ſolis, ad occaſum, tunc eſſe ſerenos, nec id contingat unquam in* Europa*: obſeruandi forent dies ſereni multorum annorum: donec omnes deſcriberentur.* Q*uod quia laborioſum eſt: & lõgi tædij plenum: nec* Palladius *fecit, nec alius quiſquam: nec forte erit unquam qui faciat.* Sed *de his hæc ſatis. tu uerò lector chariſſime uale, & me ama.*